plene ſolutū quę per dei gratiam ex ęter
na cōmutata fuerat in trāſitoriā. Nam
vinculū culpę ſoluit dn̄s ſimplicit̄ in pę
nitente·vinculū auteꝫ gehennę ſoluit ſb̄
ꝯditione·ſ· ęternam pęnā in tranſitoriā

commutando quę infligitur in purga-
torio. Nec dicitur proprie pęna · id eſt·
punitio: ſed purgatio· ſicut cauteriũ qꝺ
ad purgationẽ ſit poſt infirmitatẽ. Hoc
autem extremũ vinculũ· ſ· pęnę purgato
rię obligationẽ ſoluit miniſter· id eſt· ſa
cerdos· ſed ſub conditione· ſ· cõmutans
eam in pęnitentiã temporalẽ. Qꝺ ergo
minꝰ ſoluit pęnitens ante mortem opor
tet vt ſoluat poſtmodũ ad purgationeꝫ
Nam ⁊ ipſa pęna ꝓſens a ſacerdote pę-
nitentibꝰ iniũctã quę dicitur ſatiſfactio
non eſt ꝓprie punitio ſꝫ purgatio. Itaqꝫ
de purgatione venialiũ in purgatorio
dicit Gregꝰ in dial· li· iiij· De quibuſdã
leuibuſ culpiſ credendus eſt ante iudici-
um eſſe purgatorius ignis · pro eo ꝙ ve-
ritas dicit: Siquiſ in ſpiritũ ſanctũ blaſ
phemiaꝫ dixerit· non remittetꝰ ei nec in hꝫ
ſęculo nec ĩ futuro. Hac enĩ ſnĩa datur
intelligi quaſdam culpas in hoc ſęculo
quaſdam in futuro laxari· hęc Gregoriꝰ
De pęnitentibꝫ vero qui non explent ſa-
tiſfactionẽ in hac vita· dicit Ambroſius
in· li· de vnica pęnitentia. Facilius inue
nias qui ſeruauerit innocentiã qꝫ q̃ con-
gruam egerint pęnitentiam. Ex quo pa
tet ꝙ pauci pęnitenteſ in obitu euolant
ita· ſ· vt per purgatoriũ non tranſeant.
Qꝫ enim purgatorium ſit: poteſt etiam
aſtrui ratione ſic: Quidã hic oĩno pur
gantur ⁊ hi euolant ſtatim vt moriuntꝰ.
Alij vero nec purgantur hic nec etiã pur-
gari incipiunt· ⁊ hi cuꝫ moriuntꝰ in infer-
nũ deſcendunt. Quidam auteꝫ hic pur-
gari incipiunt ſed non purgantur oĩno
ꝓpter vitę defectum: neceſſe eſt igitur vt
eant in locum mediũ vbi ſuppleatur qꝺ
hic inceptum eſt ſed imperfectũ. In mor
te igitur hominis deo permittente diabo
lus cum igne ac tortoribꝫ ſuis paratꝰ eſt
⁊ in anima purgat ſiquid in ea purgan-
dum eſt. Qꝫ enim illa pęna per diabo-
li miſterium infligatur · patet ex verbis
beati Bernardi ſicut inferius dicetur.
Hoc tamẽ diabolꝰ facit nõ ĩtentiõe pur
gandi ſed potius lędendi· ſm morem ſu-

um atqꝫ nocendi. Si autem nihil eſt in
moriẽte purgandũ· vt ĩ beato Martino
qui dixit diabolo: Nihil in me funeſte
reperies· ipſa euaſio ignis declarat boni-
tateꝫ ſui operis· Sicut econtra ignis ille
in eis quoſ torquet fuiſſe declarat aliq̃d
ſordis. Et hoc eſt qꝺ dicitur ab apl'o · j ·
Cor· iij· Dies enĩ dñi declarabit· ſ· opꝰ
vniuſcuiuſqꝫ q̃le ſit. Vocat enĩ diẽ dñi
tempus ab hora mortis vſqꝫ ad diem iu
dicij. Nam vita pręſenſ dies hoĩs dicitꝰ
in q̃· ſ· arbitrio ſuo relinquitꝰ· vt qꝺ vult
vel bonũ vel maluꝫ operetur. Unde di-
citur a dño Luc· xix· Et quidem in hac
die tua quę ad pacem tibi · ſed ex hora
mortis incipit in eo eſſe dies dñi ſm me-
rita ipſum iudicantis. In igne inquit re
uelabitꝰ· ſ· quid homo fecerit· ⁊ vniuſcu-
iuſqꝫ opus quale ſit ignis ꝓbabit· ſi cu-
ius opuſ arſerit· id eſt · igni cedere inuen
tum fuerit· detrimentũ patietur · ſcꝫ mi-
noris glorię· ſicut glo· dicit: et hoc vel qꝛ
non ſtatim euolabit· vel qꝛ nõ oẽ opꝰ eiꝰ
ad gliaꝫ erit. Et ſm hꝫ intelligitꝰ eẽ glorię
mĩoris· i· tardioris vel remiſſioris. Ipſe
tñ ſaluꝰ erit· ſ· merito fundamẽti cui ni-
bil ꝓpoſuit. Vel ſic põt intelligi detrimẽtũ
patietꝰ dũ ei pęna infligetꝰ· qꝛ pęna ipſa
eſt naturę ꝯria· ſic tñ q̃ſi ꝑ ignẽ· qꝛ· ſ· rem
ferẽs cremabilẽ· euadet poſt igniſ purga
tionẽ. Et dĩc ibi glo· Gregꝫ· Penſandũ
eſt ſollicite qꝺ ꝑ ignẽ futurę purgatiõiſ aſ-
ſerit apl's ſaluari poſſe· nõ eos q̃ ſuꝑ hoc
fundamẽtũ ędificãt ferrũ aut ęs aut plũ
bum· i· pctã maiora ⁊ duriora· ⁊ iõ inſo-
lubilia· ſꝫ eos q̃ ędificãt lignũ fęnũ ſtipu
lã· id ẽ· peccata mĩora ⁊ leuiſſima q̃ ignis
facile ꝯſumit. De q̃bꝫ tñ lꝫ mĩmis nihil
illic purgationis obtinebit niſi qui hoc ĩ
hac vita promeruit· hęc Glo. De hꝫ etiã
dicit Augꝰ ſuꝑ pſalmũ· xxxvij· Dñe in-
quit ne in ira tua corripiaſ me· ſed in hac
vita purges me· meqꝫ purgatuꝫ reddas
talem cui iam emũdatorio igne non ſit
opus ꝓpter illos qui ſalui erũt · ſic tam
q̃ſi per ignem. Non eo ꝙ ſalui eſſe debẽt
ignis ille contemnitꝰ. Grauior tamen eſt

# ſuper morte amici

ꝙ quicquid homo ī hac vita pati poteſt
hec Aug⁹. Pro varietate tamen pur/
gandoꝝ quidam grauius ⁊ quidā miti/
us ſentiunt ignem illū· ſicut etiam dicit
Greg⁹· in dial'. de igne gehēnali· ꝙ vnus
quidem eſt· ſed non oēs vno modo cru/
ciat peccatores. Nā vniuſcuiuſqȝ ꝗ̄tū
exigit culpa· tantum ſentitur in pena.

¶ Agit autem in animam ignis vtiqȝ
dupliciter. Vno ſcilicȝ modo per intui/
tum eius· ſicut dicit Greg⁹· ꝙ in eo ipſi
ardent ꝙ ſe ardentes vident. Alio mo/
do per adherentiā· Adherēt enī aīe non
ita vt ex igne ⁊ anima fit vnū ſicut ex cor
pore ⁊ anima vnū efficitur ·ſed natā re/
manente diuerſa ⁊ diuiſa vnū alteri mi/
ro ⁊ ſingulari modo coniūgitur. Et con
tinet ignis ille totum ſpiritū vndiqȝ do/
lentem· ſicut ignis materialis totū ferꝝ
vndiqȝ candens. Vnde Greg⁹· Si ani
ma inquit teneri poteſt a corpore ·cur nō
puniri poſſit ⁊ a corpore? Sed fortaſſis
obijciet aliquis ꝙ omnis actio fit per cō
tactū· ⁊ non eſt contactus ſimplicis ad
compoſitum. Similit' cū oīs paſſio ſit ꝑ
contrarietatē· nulla contrarietas eſt ſpi/
ritualiū diſpoſitionū ad rem corꝑalem.
vnde nec ignis corporeus videtur in ani
mā agere· nec ab ipſo anima pati poſſe
Cui nos rn̄demus· ꝙ anima quidē agit
in corpus ·non per contactū ſed per col
ligantiā quā habent in alterutrū· qua ⁊
corpus ab anima mouet' aut vegetatur
⁊ anima etiam a corpore patitur· ſm illḋ
Sap̄· ix· Corpus qḋ corrumpit' aggra/
uat animā· ⁊ deprimit t'rena inhabita/
tio ſenſum multa cogitantē· Sic ⁊ ignis
purgatorius quandā habet colligantiā
ad aīā ſm quā anima patitur ab ipſo·
quā non habet ignis iſte terren⁹ q̄ quar/
to deputatur elemēto. Ad hoc enī crea/
tus eſt ignis ille ſpecialit' qui eſt in pur/
gatorio vt aīas purget cruciando. Eſt
etiam contrarietas quedam inter ignē
illum ⁊ peccatricē animā inquantū in ea
ſunt reliquie peccatoꝝ quas apl's vocat
linū fenū ſtipulam. Oīs enim creatura
quandā compoſitionē habet cum pecca/
to· cuius non eſt ſimul in natā· vnde ra/
tione illius oppoſitiōis pugnabit totus
orbis contra inſenſatos· vt legit' Sap̄·
v· Ipſaqȝ peccata ſunt matiā illi⁹ ignis
inuiſibilis· ſicut rubigo ferri vel argenti
matā ſit ignis hui⁹ viſibilis. Vnde pec/
cati rubigine ꝯſumpta ·id ē· peccati ma
cula ·ceſſat ignis ab aīa· ſm illud Pro
uerb· xxv· Aufer rubiginem de argento
⁊ egredietur vas puriſſimū. Deniqȝ
non iō pena illa purgatoria ignis vo/
cabulo appellatur quia ſolo ignis elemē
to illic anime cruciant'· ſed ignis nomīe
ſm Aug· pena quelibet ꝗuiſſima deſig
tur· eo ꝙ ab igne ꝓpter vim eius actiuā
cuncta etiam elemēta patiunt'. Vn̄ cer/
tum eſt etiam ex dictis ſanctoꝝ in pena
gehennali ad reproborum afflictionem
oīa elemēta cōcurrere ·⁊ nihilomin⁹ ad
ſanctoꝝ glorificationē īmutata eorū q̄/
litate· ſm illud Sap̄· xvi· Creatura tibi
factori deſeruiens excādeſcit in tormētū
aduerſus iniuſtos· ⁊ lenior fit ad bn̄faci/
dum pro his qui in te confidūt. De pe/
na quoqȝ purgatoria dicit btūs Bern/
ardus in ſermone de negociatione ſctā.
Eſt regio quedam expiatiōis· vbi· ſ· aīe
corꝑib⁹ exute cruciant' ad temp⁹ vel ca/
lore ignis vel rigore frigoris vel alic⁹ gra
uitate doloris. Ibi pius pr̄ filios glificā/
dos in manu temptatorū relinqt ·nō ad
occiſionē ſed ad purgationē· hec ille Ex
quibus verbis notat'· ⁊ ꝙ in purgatorio
demones aīas cruciant· ⁊ ꝙ ibidem aīe
non in igne ſolo ſed varijs ſuppliciorum
generib⁹ affligunt'. Etiā vt dic̄ Hugo
vnde ſup̄: Poterat de⁹ ⁊ ſine materia/
libus elementis aīab⁹ cruciandis ſenſū
doloris dare· ſ; dignū eſt vt in eis puniā
tur in quib⁹ peccauere. ¶ Illos etiam
equos ſuper quos aliquādo defunctoꝝ
anime ſiue damnate ſiue in pena purga
toria conſtitute videntur equitate· di/
cit Helinandus eſſe demones in equos

tranſformantes ſe·quorum ſeſſores ſunt
animę miſerę peccatis oneratę tanq̃ ar-
mis quibuſdam et clypeis onuſte· ſed
reuera ꝓprijs ſceleribꝫ in formis talibus
onuſtate·iuxta illō̃ ꝓpheticũ: Deſcẽdũt
in infernuꝫ cum armis ſuis·id eſt·cũ mẽ-
bris ſuis quę fecerunt arma iniq̃tatꝫ·pec-
cata·nolenteſ ea facere arma iuſticię dei
Certum eſt inquit equũ eſſe aĩal ſupbũ
⁊ contumax·cõtentionis· ⁊ belli cupidũ
feruentem ad coitum ⁊ in libidine ꝑpo-
tentem. Dęmones igitur in equos trãſ-
formati ſignãt ſeſſores ſuos ſe hmõi ſce-
leribus oblectaſſe. Talis equus erat ille
quẽ monſtrauit carbonarius comiti mu
uernẽſi. Erat enĩ carbonariꝰ iſte vir pau
per in ſęculo ſed diues in deo religioſus
⁊ timens deũ·ob quod etiam familiaris
erat prefato comiti. Hic dum nocte q̃-
dam vigilaret ⁊ cuſtodiret foſſam ſuam
carbonificã acriter incenſam: Ecce quę-
dam fęmina nuda currens apparuit et
poſt eam eques quidam equo nigro in-
ſidens euaginato gladio velociter equi-
tans vt fugientem apprehẽderet mulierẽ
Quę dum fugiens foſſam circũiret com
prehẽſa ẽ ab eo ⁊ perfoſſa gladio·⁊ ſtatĩ
quaſi mortua cecidit·quã ille in ignẽ ꝓ-
iecit ⁊ exuſtaꝫ rurſum extraxit ⁊ ãte ſe ſu
per equũ poſuit ⁊ abijt. Hęc autẽ viſio
pluribus noctibus ſibi oſtenſa eſt. Cuꝫ
ergo die quadam de hac re tam frequẽ-
ti nimis anxiꝰ cogitaret· ſic cogitabũdꝰ
⁊ triſtis comiti obuiauit· Miratus co-
mes·ſecreto cauſam triſtitię requiſiuit·
Ait ille: hęc ⁊ hęc totiens vidi ⁊ vtinam
vidiſſetis. Certe inquit comes ego tecũ
vadam·⁊ videbo viſionẽ hanc magnaꝫ
Igitur comes confeſſus oĩa peccata ſua
mutauit habitum ⁊ aſſumit ſecum car-
bonariũ·abijtq̃ cuꝫ eo ſolus in ſiluam.
Et cum vigilaret circa mediam noctem
audiuit quẽdã buccinantẽ fortiter·⁊ ſi-
gnauit ſe per totuꝫ· ⁊ ecce miſera mulier
illa accurrens nuda ſicut prius cepit foſ-
ſam fugiens circũire·quã eques ille inſe-
quẽs ⁊ comprehẽdens gladio peremit·⁊
in ignem proiecit ⁊ iterum reſumpſit· q̃
ſuper equũ ante ſe poſita cum fugere vel
let·comes adiurauit eum in noĩe dñi vt
ſtaret ⁊ diceret ei quis eſſet·⁊ cur hoc face
ret· Tũc ille ſubſiſtens ait: Ego ſum ve-
ſter ille miles·⁊ hęc eſt illa nobilis muli-
er vxor illius militiſ quẽ pro amore meo
interfecit vt licentius ⁊ frequentius meo
concubitu frueretur. Et in hoc peccato
ambo mortui ſumꝰ·niſi q̄ heu ſero in ip-
ſa morte pęnituimꝰ. Nunc autem tale
tormẽtum patitur q̄ ſingulis noctibus
a me interficitur ⁊ comburitur·tantũ enĩ
dolorem patitur in ictu gladij quo eam
ferio·q̃ꝫtuꝫ nullꝰ vnq̃ in morte ſua paſ-
ſus eſt·⁊ multo maiorẽ in combuſtione.
Ad hęc comes: Quis eſt equus ille ſup
quem ſedes·diabolus inquit quidam ẽ
qui me ĩeffabili vexatiõe torquet· Poſ-
ſet ne vobiſ ait aliquis ſuccurrere: poſſet
inquit ſi vos faceretis in cunctis congre-
gationibꝫ quę vobis ſubiectę ſunt orari
pro nobis ⁊ a preſbyteris celebrari miſ-
ſas ⁊ a clericis decantari. ¶ Talis eti-
am erat equus ſuper quem aſcendit infę-
lix ille maſticonẽſis· de quo refert Pe-
trus abbas cluniacenſis in·li·miraculo-
rum·q̄ cum quadam die ſolenni maſti-
cone in ꝓprio palatio reſideret·multꝫ mi
litibuſ diuerſi ordinis conſtipatus·repẽ-
te ignotus homo equo inſidens per oſti-
um palatij ingreſſus cunctis videntibuſ
⁊ mirantibus vſq̃ ad ipſum peruenit di
cens ſe velle colloqui ei·impans vt ſurge
ret ⁊ ſequeret̃. Qui inuiſibili potẽtię nõ
valens reſiſtere ſurrexit ⁊ vſq̃ ad oſtiuꝫ
domus proceſſit vbi equũ paratum iue-
nit quem iuſſus ſtatim aſcendit· cuiꝰ ha
benas ille accipiens qui ꝓpter illum ve-
nerat velociſſimo curſu per aerem cunctꝫ
videntibus ferre cepit. Ille autem miſe-
rabiliť clamãs·ſuccurrite ciues ſuccurri-
te: totã ciuitatẽ cõmouit. Oẽs ãt eũ cur
rẽtem ꝑ aera ꝯſpexerẽt q̃ꝫdiu natali oclo
rũ acie potuerẽt·ſicq̃ tãdẽ ꝯtractꝫ viſibꝫ

hoīum factus eſt ęternꝰ ſocius demonū ¶ De hoc quoqȝ mihi certiſſimuȝ referebat exemplū patruus meꝰ Elebandus Henrici quōdā remenſiſ archiepiſcopi cubicularius. Dn̄s inquit meꝰ archiepiſcopus mittebat me apud acrebatum. Dum autem circa meridiem apud q̄dam nemꝰ appropinq̄ſſemꝰ ego ⁊ famulus meus qui me precedebat celerius equitanſ vt mihi prepararet hoſpitiū · audiuit ille tumultū magnū in nemore q̄ſi multiplices ⁊ varios equoꝝ fremitꝰ · armorum ſonitus · ⁊ velut voces multitudinis impetu ꝓrumpēt̄ in bellum · Expauefactus ergo ipſe ⁊ equus eius cōtinuo regreſſus eſt ad me · a quo cū quererē q̄re reuerteretꝰ: Rn̄dit: Equꝰ nec fuſte nec calcaribuſ cogi poteſt vt procedat. Ego etiam ipſe territꝰ ſum vt oīno ꝓcedē nō audeam · mira enī vidi ⁊ audiui. Nemꝰ iſtud defunctoꝝ aīabus ⁊ demōib' plenū eſt. Audiui aūt illos clamare ⁊ dicere: Ite ite iam habemꝰ ꝓpoſitū d̄ Area · in primo habebimꝰ archiepiſcopū remēſem. Ad qđ ego rn̄di · ſignū crucis noſtri frontibus imp̄mamꝰ ⁊ ſecuri ꝓcedamus Cū ergo ꝓceſſiſſem ⁊ ad nemus ꝑueniſſem · iam vmbre ꝓceſſerant · ⁊ tamen voces quaſdā confuſas audiui ⁊ fragores armorum ⁊ equoꝝ fremitꝰ · ſed nec vmbras videre nec voces intelligere potui. Cum autem rediſſemꝰ iam archiepiſcopum inuenimꝰ in extremis · nec poſt has voces diebus q̄ndecim ſuperuixit. Vnde cōuincitꝰ eum ab illis ſpiritib' raptū a quibus auditum fuerat rapiendū · hec Helinandus.

## ¶ De ſuffragijs eccleſie que impenduntur mortuis. Cap · IX

De illis aūt ſolis aīabus que ſūt in purgatorio certū habet eccl'ia ꝙ eis ꝓſint viuentiuȝ ſuffragia. Nam de illis qui iam beata requie fruuntꝰ · certum eſt ꝙ nō indigēt noſtris ſubuentionib' · q̄n potius eoꝝ nos ſuffragijs indigemꝰ. Vnde Augꝰ d̄ verbis apl'i ſuper epl'am ad Hebreos. Iniuria eſt inquit in eccl'ia pro martyre orare · cuius nos debemꝰ orōnib' cōmēdare De damnat̄ vero duplex eſt opinio · et vtraqȝ īnititꝰ Aug. · verb̄ ī enchiridion dicentis: Non eſt negandū aīas defunctorum pietate viuentiū releuari · cum ꝓ illis in eccl'ia vel elemoſyne fiunt vel ſacrificium offertur mediatori. Sed h̄ illiſ tm̄modo proſunt qui cum hic viuerent vt hec ſibi poſtea ꝓdeſſe poſſent meruerunt. Eſt enī quidā viuendi modus nec tam bonus vt non requirat iſta pꝰ mortem · nec tam malus vt ei nō proſint iſta poſt mortē. Eſt āt ī bono talis vt iſta nō requirat · ⁊ eſt rurſus ī malo talis vt nec his cum hec vita tranſierit adiuuari valeat. Quo circa meritū oē compatꝰ in vita ꝑſenti · quo poſt illaȝ poſſit quiſpiam grauari vel releuari. Sic enī ſaluatur et illa ſententia apl'i: Oēs inquit aſtabimꝰ ante tribunal Chriſti vt referat vnꝰ q̄ſqȝ ꝯm ea que per corpus geſſit bona vel mala. Siquidē hoc etiam ſibi merituȝ q̄ſqȝ compauit dum viueret in corpore · vt ei poſſent iſta ꝓdeſſe. Cum ergo ſacrificia vel altaris vel elemoſynarū quarūcūqȝ pro valde bonis offeruntꝰ ſunt gratiarū actiones · pro nō valde malis ꝓpitiationes. Si autem pro valde malis etiam ſi nulla ſint adiuuamēta mortuoꝝ · ſūt tamen qualeſcūqȝ ꝯſolationes viuoꝝ · quibus ꝯo proſunt vel ad h̄ ꝓſūt vt ſit plena remiſſio · vel certe vt tolerabilior ſit ipſa dānatio · hec Augꝰ. Idem de verb̄ apl'i. Orōnib' inquit eccleſie ſancte atqȝ ſacrificio ſalutari elemoſynis que ꝓ illiſ offeruntꝰ · non eſt dubiū mortuos adiuuari: vt cum eis a dn̄o mīcordius agatur q̄ȝ eorum peccata meruerūt. Hoc · n · a patribus traditum tota obſeruat eccleſia vt pro his qui ī cōione ſacri corporis ⁊ ſanguinis defuncti ſunt cuȝ ad ipſum ſacrificiū loco ſuo cōmemorantꝰ oretur ac pro illis etiam id offerri cōmemoretꝰ. Nec tn̄ mortuis noua merita comparantꝰ

cum ſui pro eis aliquid boni operantur
ſed eoꝝ ꝓcedentibꝰ iſta conſequētia red/
duntur· nam iſtam quiſqꝫ vitam finiens
habere poſt eā non poterit niſi qđ in ea
meruerit· hec Augꝰ· Ex quibus patet q̇·
bus ⁊ qualiter ꝓſunt illa quę pro defun
ctis frequentat eccleſia · nam mediocrit̄
malis ſuffragant̄ ad pęnę mitigationē
mediocriter bonis ad plenā abſolutio/
nem· Quia vero dictū eſt vt tolerabilior
ſit ipſa damnatio· Et ſup illud· ij· Cor
v· Oēs aſtabimꝰ ante tribunal chriſti ⁊c
dicit Augꝰ· ꝙ eccl'ia orat pro baptiçatꝭ
oībus. Dicunt quidā ꝙ eccleſię ſuffra/
gia ꝓſunt etiam damnatꝭ fidelibus· ⁊ hi
valde malos quibus non ꝓſunt dicunt
illos qui fidem nō habuerūt · mediocrit̄
aūt malos vocant fideles damnatos q̇
licꝫ non meruerint aliquā relaxationez
ſimplicit̄· meruerūt tñ illaz vt dicūt ſi p
eis ab eccleſia fieret. Itaqꝫ dicunt eis ꝓ/
deſſe ad mitigationē pęnę· non tamē oī
modam ſed vltra terminū a deo conſti/
tutum illam mitigari nō poſſe. Dixit tñ
pręcepoſitinꝰ ꝙ tota pęna infernalis poſſet
per iſta ſuſpendi vſqꝫ ad diem iudicij .
Dicunt etiam illis ꝓdeſſe per modū ſuſ/
tentationis· quia fideles damnati etiaz
ſi per hoc illorum pęna nō minuat̄· tamē
per hoc ad ſuſtinēdum pęnam fortiores
efficiunt̄: Sicut ille qui opatur in erga/
ſtulo cum ei datur aliquid ad comeden
dum vel bibendū per hoc recreatus forti
or efficitur ad onus laboris ſuſtinenduz
Mediocriter autē bonos vocant illos
qui ſunt in purgatorio q̇bus ꝓdeſt ſim/
pliciter eccleſię ſuffragatio . Scđm illđ
etiam poteſt dici corpus Chriſti eſſe tri/
forme tm̄ ⁊ non quadriforme. Nā fide/
les damnati ſunt etiaz membra mortua
⁊ pręſciſa· ideoqꝫ non ſunt pars corporiſ
myſtici. Quia tamen aliquādo fuerūt
pars illius· valent eis ſuffragia corporis
hmōi· ſ. eccleſię· non ad viuificationē ſꝫ
ad pęnę mitigationez . Itaqꝫ pars cor/
poris Chriſti eſt in cęlo· pars in purgato
rio· ⁊ pars in mundo. Dicunt autez qui
dam ꝙ illud qđ tollitur per ſuffragia de
pęna inferni imꝓportionabile ē reſiduo:
ideoqꝫ nunq̄ꝫ poteſt tota minui vel tolli
Alij vero concedunt vt dictum eſt ꝙ po/
teſt ad tempus tolli· ſ· vſqꝫ ad diez iudi/
cij. Alij quoqꝫ dicunt ꝙ tanta tollit̄ in
ꝓportione· non tanta in quātitate· ſicqꝫ
ſemper neceſſe eſt aliq̇d remanere. Sciē/
dū tñ ꝙ pęna eoꝝ ſubſtātial'· id eſt· ver/
mis conſcientię non poteſt minui ſed ac/
cidentalis· ſ· exterior ad tempꝰ ſm illos
ſuſpendi poteſt vel minui. Hęc aūt opi/
nio non eſt contra fidem licet videat̄ eē
contra veritatē. Nam ſi ꝓdeſſent eccle/
ſię ſuffragia damnatꝭ ad pęnę mitigati/
onez· multo magis ⁊ glificatꝭ qui ſūt mē
bra viua eiuſdem corpis ad ipſius glo/
rię intentionē. Dicit ergo Augꝰ ꝙ mem
bro prorſus mortuo non pōt a capite ꝓ/
pinari ſenſus· dicit etiā ꝙ mēbꝝ pręſci/
ſum nō ſequit̄ ſpūs. Vñ cū illi ſint mē/
bra penitꝰ mortua· videtur ꝙ nec ſenſus
nec cibus nec eccleſię opa vitalia poſſint
eis prodeſſe . Pręterea dicit idē Augꝰ
in· li· de vbis dñi · Qui ſine fide ꝑ dile/
ctionē opante ⁊ eius ſacramētꝭ de corpe
exierūt· fruſtra ill'a ſuis impendunt̄ offi/
cia pietatis · cuꝰ dū h eſſent pignere ca/
ruerūt· non ſibi theſauriçantes miā ſed
iram. Ad idez facit qđ idē in· li· xxi· de ci
ui· dei dicit. Cauſa q̄ fit vt nunc eccleſia
non orat pro mal' angelis eadē eſt cauſa
qua fiet vt in extremo iudicio q̄uis pfe
cta charitate non oret pro hoibꝰ ęterno
igne cruciandis. Nūc aūt ꝓpterea ꝓ eis
orat quos in genere hūano habet inimi/
cos· quia tempus eſt pęnitentię fructuo/
ſę. Nam ſi de aliquibꝰ certum eſſet ꝙ p̄/
deſtinati eſſent in ignem ęternū ire cum
diabolo· tam pro eis non oraret eccleſia
q̄ꝫ nec pro ipſo · hęc Augꝰ· Igitur
alia eſt opinio ꝓbabilior· eorum· ſ· q̇ di/
cunt eccleſię ſuffragia nullis ꝓdeſſe dā/
natis . Et hi vocant valde malos om/
nes dānatos· mediocriter autem malos
dicunt illos qui in nō impleta pęniten/
tia ſibi adiuncta pro mortalibus quę

# Conſolatio

cōmiſerūt· vel cū groſſis venialib' ī cha-
ritate decedūt. Talib' enī ſuffragia pro-
ſunt vt tolerabilior ſit eoꝝ dānatio· id ē
punitio. Porro mediocrit' bonoſ vocāt
illos q̇ pauca ⁊ leuia venialia ſecū ferunt
⁊ nulla mortalia cōmiſerūt· vel iniūctā
ſibi pęnitentiā totaliter expleuerūt· ⁊ ta-
libus ſuffragia ꝓſūt vt plena ſit remiſſio
eoꝝ· i· vt ſtatim plenā aſſequent' relaxati-
onē ſuppliciorꝝ. Sꝫ fortaſſis obijciet q̇s
cōtra id qꝺ dictū eſt de dānatis: Legit'
enī .ij. Mach. xij. ꝙ Judas ⁊ ſui cum ve-
niſſēt vt corpa ꝓſtratoꝝ tollerēt ac ſepe-
lirent īuenerūt ſub tunicis interfectoꝝ de
donarijs idoloꝝ que apud iāniā fuerāt·
a quib' lex ꝓhibet iudęos. Omnib' ergo
manifeſtū factū ē ob hāc cām eos corru-
iſſe. Oēs itaqꝫ benedixerūt iuſtū iudiciū
dn̄i· q̇ occulta fecerat manifeſta· atqꝫ ita
ad p̄ces cōuerſi rogauerūt vt delictū tra-
deret' obliuioni. Deinde Judas ꝓ eiſdē
collatione facta duodecī dragmas argē-
ti miſit hieroſolymā offerre ꝓ peccatꝭ ⁊c.
Ex quo videt' innui ꝙ ꝓ damnatis debe-
at orari ⁊ ſacrificiū offerri. Sꝫ p̄ſumitur
ꝙ ſub ipſo gladio pęnituerint aliq̇· qꝺ
attendēs Judas· ⁊ forte ꝑ ſpūm cogno-
ſcens fecit ꝓ eis orari. Vn̄ ⁊ poſtea dicit'
ibidē. Et q2 cōſiderabat ꝙ hi qui cū pi-
etate dormitionē acceperant optimā ha-
berent repoſitā gratiā. Dicit aūt Aug'·
vbi ſupra· ꝙ eccl'ia ꝓ omnib' illis orat de
quibus eſt incerta. Qꝫ autē dr̄ in miſſa ꝓ
defunctis: Libera aīas eoꝝ de manu in-
ferni· ⁊ de ꝓfundo lacu· ⁊ de ore leonis· et
de faucib' tartari· per hęc oīa intelligun-
tur diuerſę pęnę purgatorij· a quibus ec-
cleſia petit animas liberari. Vel ſi de pę-
nis inferni accipiat'· tunc nō oratio ſꝫ gra-
tiarū actio eſſe dicit' ſub hoc ſenſu: Gra-
tias ago tibi ꝙ eas de talibus liberaſti.
Sic enī et cū eccleſia celebrat ꝓ puul' in
albis defunctis· nō dicit' eſſe petitio· ſed
gratiarū actio. Sic orauit dn̄s ꝓ Laça-
ro dicens Joh. xj. De' gratias ago tibi
qm̄ audiſti me. Deniqꝫ q̇cq̇d dicāt apo-
criphę de ſtatu dānatoꝝ· licet puniātur
citra meritū· dicūt eoſ catholici doctoreſ
nullum penitus aliquo tp̄e vel caſu reci-
pere ſolatiū. Vn̄ intelligim' Eſaiā. xiiij
hyperbolice loq̇· vbi ad exaggerandam
confuſionē ac pęnā Nabuchodonoſor
de ipſo dicit ſub typo luciferi: Infernus
ſubter te cōturbatus eſt· i· cōmot'· nō ti-
more ſed gaudio· in occurſum aduentus
tui ſuſcitauit tibi gigātes· i· terrenos p̄n-
cipes· vt in deriſionē ⁊ contemptum oc-
currerēt tibi quos dū viueres cōpreſſiſti·
Vn̄ ſubiungit'. Omnes principes terrę
ſurrexerūt de ſolijs ſuis· i· de pęnaꝝ locis
conſolationē habētes ſcꝫ in pęnis tuis·
vel mirātes tanti p̄ncipis pęnā· cui' pri-
us mirabantur potētiam. Sic ergo loq̇t'
per hyperbolē et etiā per ſarcaiſmos· id ē
hoſtilē irriſionē. Qꝺ qꝫ dicit ibi Hiero'
ſolatium eſſe maloꝝ cum viderint inimi-
cos ſibi eſſe ſocios pęnaꝝ· intelligendū
eſt· vbi poteſt eſſe ſolatiū· at ī inferno nō
dicimus eſſe locū ſolatij· ſed puri ſuppli-
cij. Hiero' autē iuxta litterā ibi exponit
verba Eſaię. quę vt dictū eſt accipiūtur
hyperbolice. Poſſunt etiā intelligi om-
nia huiuſmōi per hypotheſim· hoc modo
Si lętari poſſent in inferno· lętarentur
vtiqꝫ in aduētu tuo. Dm̄ igit' de his
ſolis vt dictū eſt qui ſunt in purgatorio
certū habet eccleſia ꝙ eis ꝓſint viuentiū
ſuffragia· ad illos vt dicit beatus Bern̄·
nobis tranſeundum eſt ꝑ cōpaſſionem·
quibus iuncti ſumus per humanitatem.
Surgā inquit illis in adiutoriū interpel-
lando pro eis· ieiunijs· orationibus· et ſa-
crificio ſingulari. Huiuſmodi· n· officijs
poteſt eoꝝ pęnitētia reſecari· pęna finiri·
Trib' autē pręcipue cauſis ſuffragari
debem' eis· et maxime noſtris. Primo
ſcꝫ ꝓpter amiciciā priſtinā· quia tenemur
amicis reddere gratiā· ſicut dicit' Eccl.
xxx. Alioquin ſi amico etiā defuncto gr̄-
tia non impeditur· non fuit amicicia vera
quę nec morte rumpitur· ſꝫm illud Can̄.
vlt̄. Fortis eſt vt mors dilectio. Si enim
vt mors dilectio fortꝭ eſt· vtiqꝫ morte ſe-
parari nō poteſt. Secunda cauſa eſt

ꝑ

quia et nos in eoꝝ ſtatu futuri ſumus· et
tunc aliorum ſuffragijs ſimiliť indigebi-
mus·ſm qđ dicit mortuus ad viuum·ſic
enim erit ⁊ tuū·ſcꝫ iudicium. Nam vt di
ctuꝫ eſt ſupra·mortis iudiciū·cōe eſt om
nium. Mors enī iudex eſt· cuius iudicio
ſubijciunť omnes etiā reges et imperato
res. Habetq͛ pro tribunali feretrū·aſſeſ-
ſores autē ſex·de quib⁹ dicitur Ezech.ix
Vnuſquiſq͛ vas interitus habebat in
manu ſua·Executores aūt ſententię ſuę
habet parētes ⁊ amicos q̄ntum ad mun-
danam poſſeſſionē· vermes ac putredi-
nem q̄ntum ad carnē·dęmones q̄ntū ad
animā. Vnde diciť Eccl.x. Cum enī mo
ritur homo hereditabit ſerpentes ⁊ beſti-
as et vermes. Serpētes·id eſt· dęmones
callidos ac venenatos q̄ntum ad aīam·
Beſtias quaſi vaſtias·ſ·amicos carna-
les omnia vaſtātes q̄ntū ad poſſeſſionē
vermes autē q̄ntū ad carnē. Iudex iſte
trinam citationē ſm iuris formā ſolet fa
cere·prima eſt ęgritudo ·ſecunda corporl
defectio· tertia vero pemptoria eſt ·quā
non per nunciū facit ·ſed ipſamet venit·
Pro trib⁹ tamē vnam facit quandoq͛·
quādo ſcꝫ iudex ſummus ſub q̊ mors eſt
iudex delegatus ex aliqua cauſa vult fe-
ſtinare. Nam electos ſuos q̄nq͛ citius
euocat ne cadant·malos etiā ne peccata
peccatis addant. De primo diciť Sap.
iiij· Iuſtus ſi morte ꝓocupatus fuerit in
refrigerio erit ⁊c. De ſecundo dicitur in
pſalmo: Viri ſanguinū ⁊ doloſi nō di-
midiabunt dies ſuos. Pauci ꝟo vľ nul
li adulti credunť ſic purgati decedere vt
non ſecum ferant aliquid cremabile. Et
nos igitur eis impendam⁹ nunc·qđ tunc
nobis impendi volumus·ſm illud Eccl.
xxx. Intellige quę ſunt ꝓximi tui ex teip-
ſo. Et illud Iob.v. Viſitans ſpēm tuā
non peccabis. Hinc etiā diciť a domino
Math.vij. Omnia quęcunq͛ uultis vt
faciāt vobis homines·eadē ⁊ vos facite
illis. ¶ Tertia cauſa eſt quia ipſa eoruꝫ
cauſa per ſe miſerabilis eſt. Nam quili-
bet eoꝝ q̄ntumcūq͛ fuerit in hac vita di-

ues·modo tamē eſt pauꝑ·ſm illud Iob
xxvij. Diues cum dormierit nihil ſecum
afferet·aperiet oculos ſuos ⁊ nihil īueni-
et. Ita deniq͛ per mortē depauperaťꝰ ꝙ
etiā obolo indiget vt ꝓ eo pauꝑi erogeť·
Siľr q̄ntūcūq͛ fuerit potens·modo ē in-
firmus·nec ſe nec aliū iuuare valēs·qꝛ nō
eſt ibi locus merendi. Iteꝝ q̄ntūcūq͛ fu-
erit ſenex vel facundus·modo eſt infans·
quia nec pro ſe fari valet ·⁊ vberib⁹ nr̄is
indiget·id eſt·eccleſię ſuffragijs ·quibus
nutriaťꝰ ⁊ ſuſtenteť. Quot enī pſalmi ꝓ
illis dicunť in veſperis·quot lectiones ac
reſponſoria in vigilijs·quot miſſę pro eis
celebranť·quot elemoſynę ꝓ eis eroganť
quot oratiōes ꝓ eis ad deum vel ſanctoſ
dirigunť·quaſi tot eis fercula inferunť·⁊
apponunť. Vnde qui hec ſubtrahūt eis
crudeliter ſubtrahunt vbera paruuľ. Et
hoc plurimum legatarij faciunt·qui cum
iuxta defunctorum ordinationē deberēt
capellas conſtruere·vel legata diſtribue-
re·differunt·vel laboreꝫ ex pigricia vľ ne-
gligentia recuſantes·vel qđ deterius eſt
vel ardentibus in purgatorio bona eorū
ī proprias vtilitates interim conuerten-
tes. Imitanť crudelitatē Herodis ęmu-
li Chriſti q̊ paruulos fecit occidi. Et ꝟe
maius peccatū videť·fraudare defūctos
q͛ꝫ infirmos et pauperes viuos·qm̄ illi q̊-
dem petere poſſunt debitum ⁊ conqueri·
non autem iſti·⁊ ideo miſerabilior eſt eo-
rum cauſa·preterea damnoſior eſt debi-
tę ſubuentionis dilatio circa defunctos·
q͛ꝫ circa viuos. Quia viuenti q̄ñcunq͛
impendatur nunq͛ꝫ perit ex toto·ſꝫ defun
cto perit quādoq͛·ſcꝫ quādo iam euaſit
de purgatorio. Hodie ſiquidem aliquiſ
eſt in ꝓgatorio qui cras fortaſſe non
erit·et ex tunc ſuffragio non indigebit ·et
ideo bonorum ſuoꝝ erogatio dilata iaꝫ
ei non proderit. In geſtis ſancti Odi-
lonis cluniacenſis ·quę ſcripſit Petrus
damianus narratur·ꝙ religioſus q̊dam
a hieroſolymis rediens ·in Sicilia reclu
ſi cuiuſdam humanitate recreatus didi
cit ab eo inť cętera ꝙ ī illa vicinia eſſent

loca eructantia flammaꝝ incendia · quę
loca vocantur ab incolis ollę vulcani · i
quibus animę diuerſa luunt pro quali-
tate meritorum ſupplicia ad hęc exequen
da deputatis ibi dęmonibus · quorū ſe
crebro voces iras et terrores · ſępe etiam
vlulatus audiſſe dicebant plangentium
ꝙ animę damnatoꝝ eriperentur de ma-
nibus eorum per elemoſynas et preces fi
delium . Et hoc maxime per orationes
cluniacenſium indefeſſe pro defunctorū
requie orantiū . Hoc ꝑ illū albas Odilo
comperit · ac per oīa monaſteria ſibi ſub-
iecta cōſtituit · vt ſic primo die nouēbris
feſtiuitas omnium ſanctoꝝ agitur · ita in
craſtinum omniū memoria ī Chriſto q̇-
eſcētium celebretur . Et hic ritus ad mul-
tas eccleſias tranſijt · ſicqꝫ fidelium defū-
ctorum memoriā ſolennizari fecit . Hęc
autē narratio ſupradictę ſentētię de pur
gatorio atteſtatur · videlicet ꝙ illic a dę-
monibus animę cruciantur · ⁊ ille quidē
ignis frequenter infernalis · vel etiā infer-
nus appellatur . Quin etiā eiuſdē natu-
rę vtrūqꝫ ignem exiſtimo · ⁊ quo aīę cru-
ciantur in inferno · ⁊ quo in purgatorio ·
niſi ꝙ ille quidē perpetuus · iſte autem eſt
tranſitorius . Hinc et Turpinus in hiſto
ria Karoli magni refert ꝙ dum idē Ka
rolus in hiſpaniam contra Argolandū
ſe ꝓpararet · et apud Baionā exercit⁹ ei⁹
hoſpitatus eſſet : quidam miles Roma-
ticus nomine ęgrotus ⁊ morti proximus
accepta pęnitentia ⁊ eucharistia cuidam
conſanguineo ſuo pręcepit vt equū quē
habebat venderet et precium clericis ege
nis daret . Quo mortuo ipſe conſangui-
neus equū centum ſolidis vendidit · ⁊ p̄-
cium cibis ac potibus ⁊ veſtibus veloci-
ter expendit . Tranſactis autē triginta di
ebus apparuit ei mortuus nocte in extaſi
dicens : Quī res meas ꝓ redemptiōe aīę
meę in elemoſyna tibi ad dandū cōmen
daui : ſcias deum omnia crimina mea mi
bi dimiſiſſe · ſ quia iniuſte elemoſynā me-
am tenuiſti · ſcias me per triginta dies in
pęnis tartareis fuiſſe · te autem in eodem
loco infernali vnde egreſſus ſum die cra-
ſtina ponendum · ⁊ me in paradiſo futuꝝ
Quibus dictis diſparuit : Tremefactus
ille euigilauit et cum eadem die narraret
ſocijs ſomniū ſuū · ſubito fact⁹ ē clamor
in aere velut leonū · lupoꝝ · et vrſorū . Et
ecce ille ſubito raptus eſt a dęmonib⁹ in
locū diuino iudicio ſibi deſtinatū . Quę-
ſitus a ſocijs vix duodecima die ſuꝑ qn-
dam montē altiſſimū mortuus iacens to
to corpore colliſo inuent⁹ eſt . Qui mons
quattuor dietis diſtabat a loco in quo
raptus fuerat . Ibi dęmones eū ꝓiecerāt
tribus leucis in altum ſupra mare · hęc
Turpinus . Hęc ergo deſignari poſſunt
per tres pueros miſſos in fornace babylo
nis ꝓpter tria peccata · ſ · cogitationis · lo-
cutionis · et operis : Cum quibus ange-
lus domini deſcendit · i · ſacerdos quem
Malachias angelum domini vocat · eis
condeſcendit · ſcꝫ pro eis orando vel cele-
brando · et mediū fornacis quaſi ventū
roris flantē facit · quia vox domini · id eſt
virtus orationis flammā ignis illius in-
tercidit . Sic igitur a peccatis cū quibus
deceſſerūt abſoluunt᷑ duob⁹ modis · ſ · pę
nis atqꝫ ſuffragijs . Vn̄ Beda ſuꝑ pa-
rabolas : Licet inquit vt ſcriptū eſt mor-
tuo hoīe impio nulla ſit vltra venię ſpes ·
ſunt tamē qui de peccatis leuioribus cuꝫ
quibus defuncti ſunt abſolui poſſunt · vl᷑
pęnis caſtigati vel ſuoꝝ precibus vel ele
moſynis ac miſſarū celebrationibus rele-
uati · ſed hoc añ iudiciū . Qui v̄o poſtea
ſe liberandos putant fallūtur · ⁊ forſitan
ad illos pertinet qḋ ſequit᷑ · Expectatio
ſollicitoꝝ ꝑibit · hęc ille .

## De animab⁹ in ſinu Abrahę col locatis. Cap. X.

Ab hac vero pęna poſt
purgationē animę ad requiē
tranſeūt · ⁊ etiam ille quę in hꝰ
mundo vel innocenter vixerunt · vel a de-
lictis omnino per pęnitentiam purgatę
deceſſerunt . Sicqꝫ corporibus erutę poſt

labores ⁊ erumnas·quas in mundo ſuſti
nuerunt in loco ſecreto voluptatis feli
ter quieſcunt. Iuxta illud Apocal'.xiiij.
Amodo iam dicit ſpūs vt requieſcant a
laboribus ſuis ⁊c. Qui ſcȝ locus dicitur
ſinus ꝓpter ſecretū Abrae ꝓpter antiquū
promiſſum. De quo dicit' Gen̄.xv. Sic
erit ſemen tuū ſicut ſtelle celi·ſ·luminoſū
Unde ⁊ apoſtolus.j. Corꝫ.xv. loquens
de gloria ſanctoruȝ dicit. Stella a ſtella
differt ī claritate. Itaqȝ loc⁹ ille ſm Au
guſtinū luminoſus eſt valde. Unde et ī
officio ꝑ animab⁹ defūctoꝝ cōſueuimus
canere: Michael archangelus repſentet
eas in lucē ſanctam quā olim Abrae ꝓ
miſiſti ⁊ ſemini ei⁹. Olim vero dicebatur
ſinus Abrae lymbus inferni·quia illuc
Abraā cui facta erat ꝑma promiſſio de
ſcenderat·⁊ ibi cū ceteris ſanctis veteris
teſtamenti liberatorē expectabat· cui di
citur Zach.ix. Tu quoqȝ in ſanguīe te
ſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu in q̊
erat aqua·id eſt·refrigeranſ miſericordia
In illo ergo felicitatis loco requieſcunt
ſanctoꝝ anime trib⁹ iā dotibus decorate
videlicet cognitione·dilectione·et fruiti
one. De cognitiōe dicit' a dn̄o Ioh.xvij
Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te veꝝ
deum ⁊ quē miſiſti Ieſum chriſtum. Et
j.Corꝫ.xiij. Tunc cognoſcam ſicut et co
gnit⁹ ſum· Tantū ꝯo bonū eſt atqȝ io
cundum deū cognoſcere·ꝙ min⁹ malum
eſſet eternaliter ardere in gehenna·⁊ deuȝ
videre ſi eſſet poſſibile· q̄ȝ extra penā eſſe
⁊ carere dei viſione·ī qua nimiꝝ eſt dele
ctatio tanta vt oīs pena material' abſor
beatur ab ea. Sanctiqȝ angeli tantaȝ in
hac viſione ac fruitione ſentiūt iocundi
tatem· vt nullaten⁹ aliqua pro ea vel ad
tempus reciperēt cōmutationē aut repē
ſationem. Unde beatus Bern̄.in ſmo
ne de ſancto Martino: Domine inquit
ſi adhuc populo tuo ſum neceſſari⁹ nō re
cuſo laborē·fiat voluntas tua. O ineſti
mabilē charitatē·o obediētiā ſingularē·
Magna quidē o ſancti angeli eſt obedi
entia veſtra·ſ ꝙ audiaȝ dicere pace ve

ſtra neſcio an inueniat' quiſq̄ȝ in vobis
paratus aliqn̄ mitti ī miniſteriū tale vbi
neceſſe habeat patris faciem non videre.
hec Bern̄. De hoc etiā Auguſtinus ī li
bro.iij.de libero arbitrio. Tanta inquit
eſt illa pulcritudo iuſticie·tantaqȝ iocū
ditas lucis eterne· id eſt· incōmutabilis
veritatis et ſapiētie· vt etiā ſi nō liceret ī
ea manere pluſq̄ȝ vnius diei mora·ꝓpter
hoc ſolum innumerabiles anni hui⁹ vite
pleni delitijs et circūfluentia bonoꝝ tēpo
ralium recte meritoqȝ contemnent'. Nō
enim falſo aut ꝓuo affectu dictū eſt· qm̄
melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuꝑ mi
lia·hec Auguſtinus. In illa igit' ſancta
contemplatione pſpiciunt ⁊ ipſam in ſe
metipſa veritatē·et etiā de his q̄ foris ſūt
ea que vel illis ad gaudiū· vel nobis ꝓ
ſunt ad auxilium vel ſalutem. Sic enim
intelligit' qđ dicit beat⁹ Grego⁹. Quid
eſt inquit qđ foris ignorēt q̇ vidente om
nia vident: Un̄ Hugo vbi ſuꝑ. Unū ē
inquit lumen in quo aīe ſanctoꝝ ⁊ audi
unt ⁊ vident in q̊ ſi q̇d forte foris agitur
qđ modo interim nō audiunt aut vidēt
myſterium eſt diſpēſationis nō detrimen
tum felicitatis. Hanc viſionē etiam phi
deſiderabāt q̇ nimiū in hac vita circa ve
ritatis intentionē ingeniū ſuū exercentes
poſt tenebras corꝑis plenā ei⁹ cognitio
nem ſe habituros ſperabāt. Unde Tul
lius ī tuſculanario libro.p̊. Cum inquit
facib⁹ corꝑis ad omnes cupiditates in
flammari ſoleamus·profecto beati erim⁹
cū corporib⁹ relictis et cupiditatū ⁊ emu
lationuȝ expertes fuerimus· totoſqȝ nos
in contemplādis reb⁹ pſpiciendiſqȝ pone
mus·qꝛ natura ineſt mētibus noſtris in
ſatiabilis quedā veri vidēdi·qua ꝑcipue
viſione fruent'·qui tūc etiā cū has terras
incolenteſ caligine circumfuſſi erāt·tamē
acie mentis conſpicere cupiebāt. Hec et
alia multa de futura felicitate phi ſenſe
runt atqȝ ſcripſerunt·videlicet ſm opini
onem ſuā qua immortales aīas eſſe arbi
trati ſunt. Unde plures vt dictū eſt ſuꝑ·
vitam ſibi violenter extorſerūt· quidam

# Super morte amici

ſcꝫ vt miſeriam pſentem euaderent· qui-
dam vt vitam fęliciorē obtinerent. Le-
gitur enim in chronicis ꝙ Marc⁹ porci⁹
Cato latinus declamator tedio duplici
quartanę ſemetipſuꝫ interfecit. Alibi qꝫ
legitur ꝙ Theobrotus ambraciensis cū
legiſſet librum Platonis de immortali-
tate animę e muro ſe pręcipitē dedit pre
deſiderio melioris vitę. Hinc ⁊ Tullius
in libro de ſenectute. O inquit pclarū di-
em cum ex hac turbę colluuione decedaꝫ
et ad illud diuinum animoꝝ conciliū ſe-
cedam· proficiſcar enim ad viros ſapien-
tes· et pręcipue ad Catonem meū· cuius
corpus a me fuit crematuꝫ· quo nemo na-
tus eſt melior· nemo pietate pręſtantior·
hęc ille. In hac ergo ſpe phi et mala prę-
ſentia ęquanimiter tolerabant· et ipſam
mortem contemnebāt vel etiam exopta-
bant. De primo dicit Tullius in tuſcul·
libro. p. Neſcio quomodo mentibuſ qſi
ſęculoꝝ quoddā auguriū futurorum in-
hęret· idqꝫ in maximis ingenijs ⁊ altiſſi-
mis animis maxime exiſtit ⁊ facillime ap
paret: quo quidem dempto qs tā amens
eſſet qui ſemper in laboribus et periculis
viueret. Idē in philippica .xiiij. Breuis
inquit a natura nobis data eſt vita. ſ; be-
ne actę vitę memoria ſempiterna· que ſi
longior ꝙ hęc vita non eſſet quis eſſet tā
amens qui maximis laboribus et pericul'
ad ſummā laudē gloriamqꝫ cōtenderet?
Hinc etiam dicit Seneca ad Pauluꝫ
aplum epiſtola. vj. Feramus ęquo ani-
mo ⁊ vtamur foro qd ſors conceſſit do-
nec inuicta fęlicitas fineꝫ malis imponat
De ſecundo dicit Quintilianus in qrta
cauſa. Si qs ſciat quis ſit bonorū finis·
quę vera fęlicitas· nunqꝫ ſibi videbitur p
matura morte pitur⁹. De hac quoqꝫ ma
teria multa iam dicta ſunt ſupra. Itaqꝫ
phi animę immortalitatē· et bonorum fi-
nem vtcumqꝫ cognouerūt· ſed viam ciui
tatis habitaculi non inuenerunt. Unde
Auguſtinus in libro confeſſionum. vij.
Aliud eſt inquit de ſilueſtri cacumine pa
triam patris videre· ſed iter ad eam non
inuenire fruſtraqꝫ conari p inuia circum
obſidentibus fugitiuis deſertoribus· cuꝫ
principe ſuo leone ⁊ dracone· ⁊ aliud viā
illuc ducentē cura cęleſtis imperatoris mu
nitam tenere· vbi non latrocinantur qui
cęleſtem deſeruerunt miliciam· qꝛ tanqꝫ
ſupplicium vitant illam. De dilectio-
ne xo dicitur ſimiliter· j· Cori. xiij. Cha
ritas nunqꝫ excidet. Non enim vt fides
euacuatur ſed potius augmētat· vt igni-
culus in ſion fiat caminus in hieruſalem
vt legitur Eſa. xxxj. Illic enim vtcunqꝫ
pmo conſūmat illud pręceptum domini
quia in hac vita perfecte nō poteſt imple-
ri: Diliges dominum deuꝫ tuum ex toto
corde tuo et ex tota anima tua. De quo
tū dicit beatus Bern. ſup cantiq. omel. j.
Eſt quidē charitas in actu et eſt in affe-
ctu. De prima datum eſſe pręceptum ho-
minibus· puto cum dicit: Diliges domi
num deum tuū ex toto corde tuo· nam in
affectu quis ita habeat vt mandat· ergo
illa mandatur ad meritū· iſta dat ad p-
miū· cuius initiū et profectū· vitam qꝫ
pręſentē experiri diuina poſſe gratia non
negamus· ſed plane conſummationē fu-
turę fęlicitatis defendim⁹. Nec latuit p-
ceptorē pręcepti pondus· vires hominū
excedere· ſed indicauit vtile ex h illos ad-
monen ſuę inſufficientię vt omne os ob-
ſtruatur ⁊c. ⁊ vt ſcirent ad quē iuſticię fi
nem niti pro viribus oporteret. Accipiē
tes itaqꝫ mandatum et ſentiētes defectū
clamemus in cęlum· ⁊ miſerebitur noſtri
deus. et ſciemus ī illa die quia nō ex ope-
ribus iuſticię quę fecim⁹ nos ⁊c· hęc ille·
Idem quoqꝫ dicit in libro de diligendo
deo. Fęlix qui meruit ad quartum ptin-
gere dilectionis gradū· vt ſcꝫ nec ſeipſuꝫ
homo diligat niſi propter deuꝫ ſed amo
re diuino inebriaturus animus ſuiqꝫ ob
litus et factus ſibi tanqꝫ vas perditum
totus in deum pergat· atqꝫ adhęrēs deo
vnus cum eo ſpiritus fiat et dicat: Defe
cit caro mea et cor meū· deus cordis mei·
et pars mea deus in ęternum. Et ſiqdem
e mortalibus quiſpiā ad illud interdum

raptim ꝛ ad momentum admittitur ſubito diei malicia perturbat· corpus mortis aggrauat· neceſſitas carnis ſollicitat· Unde heu in ſe redire et ī ſua compelli tur recidere ac miſerabilit' exclamare· domine vim patior· reſponde pro me: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? : hec ille. Idem quoq; dicit in ſermone de omnib⁹ ſanctis· Putas ne poterit aliquādo humana anima in hoc gaudium domini ſui· ꝛ in hāc eiuſ intrare requiez: vt ipſa quoq; in omnib⁹ delectetur· nec aliqua affectione in rugaz contrahatur· ſed tranſeat in affectū quēdam generalem atq; diuinum: poterit ſi vtiq; fidelis inueniatur ſuper pauca que accepit milicie ſue tempore· ꝛ ſuper actuſ ſuper ſenſus· ſuper appetitus ſuos· quos regendos ſuſcepit· et vt in his probet' q̄ fidelis domino ſuo ſit· hec Bernardus· Porro de fruitione ſiue comprehenſione dicit apoſtolus ad Phil. iij. Sequor aūt ſi quo modo cōprehēdā· in q̄ ꝛ comprehenſus ſum. Hoc autem frui vel comprehendere eſt deo ꝓpter ſemetipſuz immutabiliter adherere. Et hoc eſt illud gaudium· de quo dicit beatus Bern̄. in quadam epiſtola. Illud veruz ꝛ ſummū eſt gaudiū qđ non de creaturis ſed de creatore concipitur· qđ cum poſſederi nemo tollet a te· cui compata omnis aliūde iocūditas meror eſt· omnis ſuauitas dolor omne dulce amarum· omne decorum fedum· omne aliud quod delectare poſſit moleſtum. Et Auguſtin⁹ libro cōfeſſionum. ij. O inquit iuſticia pulcra et honeſtis luminibus decora· et inſatiabili ſacietate· quies eſt apud te vita imperturbabilis· qui intrat in te· intrat in gaudiū domini ſui· et non timebit ſed habebit ſe optime in optimo· hec Auguſtin⁹. De hoc etiaz gaudio dicit Proſper in libro epigrāmatū. Semp erunt qđ erant eterne gaudia vite· Gaudendi qm̄ cauſa erit ipſe deus. Nec varios pariet mot⁹ diuerſa voluntas· Unū erit in cunctis lumen ꝛ vnus amor. Inq; bonis ſūmis poſita experiētia felix. Nec volet augeri nec metuet minui· Ad patriam vite de noctis valle vocati Uirtutum gradibus ſcandite lucis iter. Sed merito gaudiū hoc retribuo comprehenſioni· quia ſm Auguſtinū: Gaudium eſt diffuſio animi in cōprehenſione cōuenientis. Unde de tribus predictis dotibus dicit Anſelm⁹ in proſlogion. Illi beati tantū gaudebunt quantum amabūt· et tantum amabunt q̄ntum cognoſcent. Oro ergo de⁹ cognoſcam te et amem te vt gaudeā de te· pficiat hic in me tui noticia· et ibi fiat plena· creſcat amor tu⁹· ꝛ ibi ſit plen⁹· vt h̄ gaudium meum ſit magnum in ſpe· ꝛ ibi plenum ī re· hec Anſelmus. Igitur ex cognitione ꝓcedit dilectio· ꝛ ex vtroq; fruitio ſiue comprehenſio· que forma eſt aliarū duarum ac perfectio. Eſt enim fruitio viſionis ꝛ in qua et dilectionis a qua· ꝛ eſt ꝛ augetur ꝛ perficitur. Itaq; cognitione perficietur ac remunerabitur vis aīe rationalis· dilectione cōcupiſcibilis· fruitio vero ſiue comprehenſio erit in vtraq;· qꝛ procedit vt dictum eſt ab vtraq; Iraſcibilis vero quia non immediate mouetur in deum· ſed data eſt ad remouendū impedimenta· que nos retrahunt ab inquiſione ſummi boni· hoc eſt ad bellandū cōtra mundum· carnem· diabolū· nō habebit dotem propriam· ſed remunerabitur in cōfirmatione ſuarum virtutum· vt timoris· humilitatis· fortitudinis· que ī ea remanebunt· etiam in gloria eternitatis· Unde de timore dicitur in pſalmo. Timor domini ſanctus permanet in ſeculū ſeculi. Et Eccl. p̄. Timor dei delectabit cor ꝛ dabit leticiam ꝛ gaudium in longitudine dierum. Quidā tamen ſolent dicere ꝙ iraſcibilis remunerabitur ī laude Nempe quia fuit in pugna· laudabit deum de victoria· ſcz non eam ſibi· ſ3 illi attribuens ꝛ dicens: Non nobis dn̄e non nobis· ſed nomini tuo da gloriaz. Et vt dicit Auguſtinus ſuper Gen̄. li. xij. Ibi virtutes anime non ſunt laborioſe· quia nec opere temperantie libido frenat'· nec

opere fortitudinis aduerſa tolerãtur·nec
opere iuſticię iniqua puniuntur·nec ope
prudentię mala deuitantur·vna ibi ⁊ to
ta virtus eſt amare qđ videas· ⁊ ſumma
fęlicitas habere quod amas. Ibi namq̧
beata vita in ſuo fonte bibitur vnde ali-
q̇d humanę vitę aſpergit᷑ vt in temptati-
onibus huius ſęculi temperanter· fortit᷑·
iuſte·prudenterq̧ viuatur. Propter id
ſiquidem adipiſcendum vbi ſecura req̇-
es requies erit·⁊ ineffabilis viſio veritatꝭ·
labor ſuſcipitur ⁊ a voluptate continen-
di ⁊ aduerſitate ſuſtinendi ⁊ ſubueniẽdi
indigentibus ·⁊ reſiſtendi decipientibus
Ibi videbitur claritas dei non per viſio-
nem ſignificantem ſiue corporalem quę
viſa eſt in monte ſinai·ſiue ſpiritualez ſi-
cut vidit Eſaias vel Johãnes in apocal᷑·
ſed per ſpeciem q̄ntum eam mens huma-
na capere poteſt ſm̃ aſſumẽtis dei gratiã
vt os ad os loquatur ei·non os corporiſ
ſed mentis·hęc ille. Idem quoq̧ dicit li-
bro đ ciuitate dei.xix·Ibi quoq̧ ꝟtutes
erunt non contra vitia vel mala certan-
tes.ſed victorię premium habentes ęter-
nam pacem videlicet quã nullus aduer-
ſarius inquietet. Idem eodem libro.xxij.
Premium ergo virtutis erit ipſe qui vir
tutem dedit · eiq̧ ſeipſum quo melius et
maius nihil poſſit eſſe promiſit · nec ideo
liberum arbitrium non habebunt·q꞉ pec
cata eos delectare non poterunt. Magiſ
quippe erit liberum a delectatione peccã-
di vſq̧ ad delectationem non peccandi
indeclinabilem liberatum·eoq̧ potentiꝰ
erit quo peccare non poterit ·hęc Augu-
ſtinus. ¶ Itaq̧ de glorificatione prędi-
ctarum trium viriuz animę dicit beatus
Bernardus in ſermone de omnibꝰ ſan-
ctis . Ibi certe gloria ſupereminens ·ibi
beatitudo effluẽs implebit rationale no
ſtrum luce ſapientię · concupiſcibile fon-
te iuſticię·iraſcibile vero perfecta leticia·
atq̧ tranquillitate. Et vide ſi non ĩ his
tribus perfecta q̄ntum ad animaz beati-
tudo conſiſtit·quãdo ſcientia iam nõ in-

flat propter iuſticiam·iaz non contriſtat᷑
propter lęticiam:vt ceſſet illud prouerbi-
um : Qui addit ſcientiã addit ⁊ dolorẽ·
quãdo iuſticia nec indiſcreta erit propter
ſcientiam·nec oneroſa propter lęticiam·
quando lęticia nec inepta erit ꝓpter ſciẽ-
tiam·nec impura propter iuſticiam · hęc
ille. Aliter vero ſm̃ ꝙ memoria ⁊ ratio et
voluntas imaginẽ dei conſtituũt in ani-
ma · De illarũ glorificatione ſic loquit᷑
idẽ Bernꝰ.ſuper Canticꝭ.omel.xj . Qui re-
plet inquit in bonis deſiderium animę·
ipſe rationi futurus eſt plenitudo lucis·
voluntati plenitudo pacis·memorię cõ-
tinuatio ęternitatis. O ꝟitas·charitas·
ęternitas. O beata ⁊ beatificans trinitas
ad te mea miſera trinitas miſerabiliter ſu
ſpirat·quoniã ad te infęliciter exulat diſ-
cedens a te quãtis ſe intricauit erroribus
doloribus·timoribus . Heu me talẽ pro
te cõmutauimus trinitatem. Cor meum
conturbatum eſt · ⁊ inde dolor · dereliq̇t
me virtus mea·⁊ inde pauor·⁊ lumẽ ocu
lorum meoꝝ non eſt mecum· ⁊ inde error
Verũtamen q̄re triſtis es aĩa mea ⁊ q̄re
conturbas me: Spera in deo · quoniam
adhuc confitebor illi·cum ſcꝫ a ratiõe er-
ror·a voluntate dolor·a memoria timor
omnis receſſerit·⁊ ſucceſſerit illa quã ſpe-
ramꝰ mira ſerenitas·plena ſuauitas·ęter
na ſecuritas· Primũ faciet veritas deꝰ·
ſecundum charitas deus · tertium ſũma
poteſtas deus · vt ſit omnia in omnibus
deus.hęc Bernardus. Et ſm̃ hunc mo-
dum loquitur etiam Auguſtinus de ciui
tate dei libro.xj. Illic noſſe noſtꝝ nõ ha
bebit errorem·ibi amare noſtrum nõ ha-
bebit offenſionez·ibi eſſe noſtrum nõ ha-
bebit mortem. Itaq̧ ſicut idem Auguſti
nus ſcribit ad Januarium libro.ꝑ. Qđ
nunc fide ac ſpe gerimus·⁊ vt ad id ꝑue-
niamus dilectione ſatagimus eſt requi-
es animarum quędam ab omni labore
⁊ moleſtia vtiq̧ ſancta atq̧ perpetua·in
qua nobis ex hac vita fit tranſitus quaz
ſua paſſione premonſtrare et conſecrare

dignatus eſt dominus Jeſus. Ineſt au-
tem in illa requie non deſidioſa ſegnicies
ſed quędã ineffabilis trãquillitas agni-
tionis ocioſę. hęc Auguſtinus. Et hic ē
Abraę ſinus. qui ꝛ non immerito dicitur
paradiſus. Unde idem Auguſtinus ſu-
per Geñ. libro. xij. Si proprie inquit lo-
cus nemoroſus. vbi ſcȝ Adam tranſlatꝰ
eſt: Tranſlatiue autem omnis regio ſpi-
ritualis vbi animę bonę. eſt merito para-
diſus. dici poteſt non ſolum tertiũ cęlum
quod profecto magnum et pręclarum ē.
verum etiam in ipſo homine lęticia quę-
dã bonę conſcientię paradiſus eſt. Un-
de ꝛ eccleſia in ſanctis temperanter ꝛ pie
ac iuſte viuentibus recte dicitur paradi-
ſus propter affluentiã gratiaꝝ. inſtaſqȝ
delitias. quando quideȝ ꝛ in tribulatio-
nibus gloriatur de ipſa patiẽtia gaudẽs
quantomagis poſt hanc vitam et ſinus
Abraę dici poteſt paradiſus. vbi tanta
eſt requies poſt omnes dolores vitę huiꝰ.
Neqȝ enim ꝛ lux ibi nõ eſt propria quę-
dam ac ſui generis. et profecto magna.
quã diues ille de tenebris infernorum ſic
vidit vt ibi pauperem illum quondam
contemptum cognoſceret. hęc Auguſti-
nus. Et hic eſt ſtatus animarunm. quę
iam ſunt in atrio regio. ſed nondum ĩ pa
latio. De quo tamen ſtatu beato dicitur
in pſalmo: Melior eſt dies vna in atrijſ
tuis ſuper milia. Unde Hieronymus
in breuiario ſuper illo pſalmo. Si fieri ĩ-
quit poſſet vt aliquis vna die tantum in
regno cęlorum eſſet. ꝛ poſtea pręcipitatuſ
decideret recte quoqȝ dicere poſſet: Me-
lior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia
Uerum. qui vna die in illo regno fuerit.
illic vtiqȝ ſemꝑ erit. hęc Hieroꝰ.

## De futura cõſummatione illa-rum fęlicitatum.

### Cap. XI.

OMnia vero quę per ex-
cellentiã dicta ſunt de illa requę
ac fęlicitate qua nunc interim ante diem
iudicij beatę ſunt animę. ħ etiaȝ de illius
viſionis ac dilectionis ꝛ fruitionis pleni
tudine intelligenda ſunt reſpectiue. ſ. ad
comparationem huius vitę. Nemo enĩ
degens in hoc mortali corpore poteſt ad
illam animaꝝ fęlicitatem attingere. Un
de poſt multiplicem Johannis baptiſte
commendationẽ intulit dominus de ip-
ſo Math. xj. Qui minor eſt in regno cę-
lorum maior eſt illo. Cęteꝝ ad compara-
tionem futuri ſtatus. poſt iudiciũ adhuc
imperfectus eſt ſtatus earum. Sic enim
dicit Auguſtinus ſuper Geñ. libro. xij.
Minime quidem dubitandum eſt ꝛ ra-
ptã a carnis ſenſibus mentem hominis.
ꝛ etiam depoſita carne poſt mortem ipſã
tranſcẽſis etiã ſimilitudinibꝰ corporaliũ
non ſic incõmutabilem videre ſubſtanti-
am dei ſicut vidẽt angeli ſancti ſine alia
latentiori cauſa. ſiue ideo qꝛ ineſt ei natu
ralis quidã appetitus corpus ammĩſtran
di quo retardatur quodãmodo ne tota
intenſione in illud ſummũ cęlum pergat
qȝdiu non ſubeſt corpus. cuius ammini-
ſtratione appetitus ille cõquieſcat. Nũc
quidem quia tale corpus eſt cuius ammi
niſtratio difficilis ꝛ grauis eſt. quippe ca-
ro quę corrumpitur aggrauat animam.
de propagine tranſgreſſionis exiſtens.
multo magis ab illa ſummi cęli viſione
auertitur mens. Unde neceſſario ab hu
ius carnis ſenſibus eripitur vt illud ei q̃-
modo capere potuerit oſtendatur. Veꝝ
cum hocipſum corpus iam non animale
ſed per futuram commutationẽ ſpiritua
le receperit angelis adęquata perfectum
natę ſuę modũ habebit obediens et im-
perans viuificata et viuificans tam inef-
fabili facultate vt ſit ei glorię qđ fuerat
ſarcinę. hęc Auguſtinus. Et vt dicit bea
tus Bernardus ĩ libro de diligẽdo deo
Si animę ſanctorum exutę ſua corpora
quod non negatur deſiderant ac ſperãt
recipere liquet eas necdum a ſeipſis. id ē.
ab amore ſui penitus immunes eſſe. qui-

bus conſtat·necdū penitus deeſſe de ꝓ-
prio quo vel modice reflectatur intentio
eorum. Itaqꝫ ante reparationem corpo-
rum non erit ille defectus animorū· qui
profectus et ſummus eſt ipſorum ſtatus
ne carnis conſortium iam ſpiritus nō re-
quiret·ſi ſine illa conſummaretur. Va-
let itaqꝫ animę diligenti deum·corpꝰ ſu-
um infirmum· valet mortuū· valet reſuſ-
citatum. Primo quidem ad fructum pę-
nitentię·ſecundo ad requiem· poſtremo
ad conſummationem. Merito ergo ſine
illo non vult perfici qui in omni ſtatu ꝑ-
ſentit in bonum ſubſeruire ſibi. Deniqꝫ
conuiuium triplex celebrat ſapientia·la-
borantes cibans·quieſcentes potans·re-
gnantes inebrians. Unde dicit ī Cant.
Comedite amici ⁊c. Comedite hic ante
mortem in carne mortali cum labore qđ
glutiendum eſt maſticanteſ. Bibite poſt
mortem ī vita ſpirituali ſuauiſſima qua-
dam facultate quod percipitur colantes
tanquā poſt panem doloris vinū amo-
ris in plenius haurire permiſſi. Non ta-
men purum ſed quodāmodo ſub nomi-
ne ſponſę in Cant. dicitur: Bibi vinum
meum cum lacte meo. Vino enim diui-
ni amoris miſcet etiam tunc dulcedinem
naturalis affectionis·qua reſumere cor-
pus ſuum·ipſumqꝫ glorificatum deſide-
rat. Eſtuat ergo iam tunc ſanctę charita-
tis potata vino·ſed nondū vſqꝫ ad ebri-
etatem·quia temperat interim ardorē il-
lum lactis huiꝰ ꝓmixtio. Ebrietas nāqꝫ
ſolet mentes euertere·⁊ īmemores ſui red-
dere·at non ſui oblita eſt ex toto quę ad-
huc de proprio corpore cogitat ſuſcitan-
do. Sed tandem inquit inebriamini ī vi-
ta mortali mira plenitudine exuberātes·
merito chariſſimi·qꝛ charitate inebriati·
merito inebriati·quia ad agni nuptias ī-
troducti·hęc ille. Idem quoqꝫ dicit ī ſer-
mone de omnibus ſanctis. O miſera ca-
ro fetida ⁊ feda·vnde tibi hꝫ animę ſan-
ctę quas deus propria inſigniuit imagi-
ne·⁊ quas proprio redemit ſanguine· te
deſiderant et expectant·⁊ ipſarum ſine te
conſummari beatitudo·compleri lęticia
non poteſt. Adeo ſiquidem viget in eis
hoc naturale deſiderium·vt necdum to-
ta eorum affectio libere pergat in deum·
ſed contrahatur quodāmodo et rugam
faciat·dum inclinatur deſiderio tui. Idē
in ſermone de via vitę. Sed tunc inquit
adimplebis me domine lęticia cum vul-
tu tuo. Nam hic quidē guſtus·illic ad-
impletio cū erit deꝰ oīa in omnibus: qđ
nunc cibus eſt·tunc in potum reuertetur·
quādo ſine difficultate fruemur. Sed ⁊
animę ſanctorum vt dictum eſt·quę iam
ad cęleſtes ſedes euolauerunt· licet iam
bibant non tamen implentur· donec re-
ceptis corporibus ī terra ſua duplicia poſ-
ſidebunt. Modo enim ſingulis datę ſūt
ſingulę ſtolę albę·⁊ dictū vt ſuſtineant
adhuc modicum donec impleatur nume-
rus electorum·⁊ impij duplici contritio-
ne conterantur ⁊ induantur·ſicut diplo-
ide confuſione ſua·hęc Bernardꝰ. Idē
etiam de ſtatu ſanctorum pręſenti loquit̄
plenius in ſermone de omnibus ſanctis·
Fidelis inquit ſermo et omni acceptione
dignus ⁊ ſanctos quos ſolenni venera-
tione proſequimur· etiam ſimili conuer-
ſatione ſequamur: Quos beatiſſimos ꝑ
dicamus ad eorum beatitudinem tota
auiditate curramus· quorum pręconijs
delectamur· eorum patrocinijs ſubleue-
mur. Nec ſane parum infructuoſa inue-
nitur memoria feſtiua ſanctorū·languo-
rem·teporem·erroremqꝫ depellens cū eo-
rum interceſſione iuuetur infirmitas no-
ſtra·conſideratione beatitudinis excite-
tur negligentia noſtra·exēplis eorum eru-
diatur ignorantia noſtra. Quanta por-
ro eſt fęlicitas eorum· qꝫ immenſa lęticia
quę triplici gaudio· ſcilicet de recordati-
one tranſactę calamitatis· de exhibitiōe
pręſentis quietis· de certa expectatione
futurę ꝯſummationis exultant. De qua

conſummatione dicitur: In pace in id-
ipſū dormiā ⁊c. Singulariter inq̄ ī ſpe
non iam inter ſpem et metum vbi prius
non ſolum ſollicitudine et anxietate plu-
rima fluctuabam. De pręſenti vero reqe
dicitur: Conuertere anima mea in re-
quiem tuam ⁊c. Bene inq̄ fecit nondū
optime. Audi q̄ bene· quia eripuit ani-
mam meam de morte ⁊c ·id eſt· ab omni
peccato· ⁊ a pęna peccati· ⁊ timore quoq̄
⁊ periculo recidiuandi liberauit. Hoc enī
ſuauiſſimum animę ſtratum eſt qđ null⁹
iam lachrymis lauet aut riget ·hoc cubi-
le in quo iam non compungitur nec con-
uertitur in erumna ſua dum configitur
ſpina. Hoc plane ſtratum qđ non ver-
titur in infirmitate eius· quia omnia q̄ ī-
firmitatis erant pariter tranſierunt. Hęc
eſt inq̄ animę ſuauiſſima ⁊ ſaluberrima
requies· conſcientia munda· quieta· ſecu-
ra. Sit ergo beatę animę culcitra conſci-
entię ſuę puritas· ſit capitale tranquilli-
tas· ſit opertorium eius ſecuritas· vt in h̄
interim ſtratu delectabiliter dormiat· fę-
liciter requieſcat. Porro de recordatio-
ne tranſactę virtutis dicit: Niſi quia do
minus erat in nobis ⁊c. Hęc ſunt vniū-
ſa ſanctorū negocia · hic cibus ·hic ſom-
nus eorū ·longe tamē aliter afficiuntur
in huiuſmodi cogitationibus q̄ noſtra
capere queat cogitatio vel explicare ora-
tio· O magna inquit multitudo dulce-
dinis tuę domine quam abſcondiſti ti-
mentibus te· perfeciſti eis qui ſperant ī te
in conſpectu filiorum hominum. Nōdū
enim perfecta eſt· quia perficietur in ma-
nifeſto ⁊ non in abſcondito· quādo non
ſub altari quieſcent ſancti· ſed ſuper thro
nos tanq̄ iudices reſidebunt· Me inq̄t
expectāt iuſti donec retribuas mihi. Di-
citur etiam alibi· q̄ ſine macula ſunt an-
te thronum dei. Verū et ſi ſine macula
nondum tamen ſine ruga· donec veniat
dies cum ſibi glorioſā Chriſtus exhibe-
at eccleſiam ·non habentem maculā aut
rugam. In his enim qui adhuc militāt·

ſine macula quidē non eſt eccleſia· quia
nemo mundus a ſorde ⁊c. In his vero
qui ſub altare domini requieſcunt ·iā q̄-
dem ſine macula eſt· ſed non ſine ruga vt
dictum eſt. Tunc autem ſine ruga erunt
animę ſanctę· cum extendentur cęli ſicut
pellis· vt ſequantur agnum quocunq̄
ierit· qui vtiq̄ attigerit a fine vſq̄ ad fi-
nem fortiter· ⁊ diſponet omnia ſuauiter·
Ipſe q̄ dicit: In omnibus requiem quę-
ſiui ⁊c. Hęc plane requies domini nō in-
tercíſa nec reſtricta circa aliq̄d· quia ī om
nibus gaudet· in omnibus delectat᷑· pla-
cent ei bona in ſemetipſis· ⁊ delectat᷑ etiā
bona ordinatione malorum. Diligit mi-
ſericordiam et iudiciū. Et vtiq̄ poterit
anima humana in hoc gaudium domi-
ni ſui ⁊ in hanc requiem eius intrare· vt
ipſa quoq̄ ī omnibus delectetur· nec vl-
la iam affectione priuata in rugam con-
trahatur· ſed in affectum quendā gene-
ralem atq̄ diuinum tranſeat· ſi tamē ſu-
per pauca quę nunc accepit· fidelis inue-
niatur· hęc Bernardus. Vt autē ſcribit
Auguſtinus ad Ianuarium ſicut iā di-
ctum eſt ſupra. In illa pręſenti ſanctorū
requie non eſt deſidioſa ſegnicies· ſed q̄-
dam ineffabilis tranquillitas agnitiōis
ocioſę. Et requiem illam primā animarū
iudęi ſuſceperunt in miniſterium per oci-
um ſabbati corporaliter celebrandā nos
aūt ſpiritualiter intelligendā. Dies au-
tem dominicus qui et octauus non iudę-
is ſed chriſtianis eſt· reſurrectione domi-
ni declaratus· ⁊ ex tunc cepit habere feſti
uitatem ſuam. Ideo autē iudęis ſolum
ſabbatum traditum eſt antea celebrādū
quoniā ⁊ antea iam erat requies mortu-
orum: Reſurrectio vero illius nondum
erat qui ſurgens ex mortuis iam non mo-
reretur· ⁊ ei mors vltra non dominaretur
vt poſtq̄ talis reſurrectio facta ē in eius
corpe qđ p̄ceſſerat in capite· corp⁹ eccl'ię
ſperaret ī fine ⁊ incipet celebrari dies dn̄i-
cus· i· octau⁹· q̄ eſt prim⁹. In q̄ deſignat᷑
ętas reſurgentiū octaua· a qua ſuſcipiet᷑

etas quieſcentium ſeptima. Hoc etiam deſignatur in celebratione quinquageſime poſt diem paſce. Nam ideo prius celebramus quadrageſimã vt per penitẽtiam oſtendamus nos aſcendere ad requiem ſicut quadragenarius numerus aſcẽdit ad quinquageſimum. Eſt enim numerus ſuperabundans et congregãs omnibus partibus ſuis aliquotis aſcendit ad quinquagenariũ. qd ſignificat requiem. quia hac die requieuit deus ab operibus ſuis. Geñ. ij. Ideo et per. xlix. eadẽ ſignificat requies. quia idem ſignificatur per partem aliquotã et totum. Et cũ bis completis reditur ad primũ diem. qui et octauus completur quinquagenari⁹. Et ideo ſignificat tempus noſtre reſurrectionis. qd erit ĩ octaua etate. ſcʒ finita ſeptima quieſcentium. Unde et ipſum temp⁹ dominice reſurrectionis quod celebram⁹ in ſacramento noſtre glorificationis future poſt hanc vitam vbi erit quies et leticia. protenditur per quĩquaginta dies in quibus et ieiunia relaxantur. et ſtãtes oramus quod eſt ſignum reſurrectionis. et alleluia tantum in miſſa cantatur ſine reſponſorio. in quo ſignificatur actionem noſtram futurã non eſſe niſi laudare deum. ſicut dictum eſt ſupra ſm Auguſtinũ Idem quoqʒ deſignat eccleſia celebrando ſeptuageſimã que figurata eſt ĩ ſeptuaginta annis babylonice captiuitatiſ. de quo dicitur Hiere. xxix. Cum impleti fuerint ſeptuaginta anni. viſitabo vos et reducam ad locum iſtum. hoc eſt. ad celeſtem hieruſalẽ. de qua per inobedientiaʒ Ade longe proiecti ſumus. ſed per ſeptiformem gratiam nobis datam per ſecundum Adam. id eſt. Chriſtum reuerteñ. Que ſcʒ ſeptiformis gratia ſignificatur hoc numero. lxx. quia conſtat ex ſeptenario decies multiplicato. Uel in ſeptenario intelligitur totũ tempus vite noſtre quod per ſeptẽ dies voluitur in denario decalogi obſeruato. Poſt impletionem igitur ſeptuaginta annoꝝ. id eſt. poſt obſeruantiam decalogi per totum tempus vite noſtre completam ad patriũ ſolum id eſt. ad paradiſum celeſtem reducemur Unde Ps. Dies annoꝝ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Tunc enim moritur homo plenus dierum. ſicut Abraaʒ et Iob. cum per totam vitam ſuã impleuit decalogum. Et felix qui vt dicit beatus Bernardus. et hic moritur plen⁹ dierum. et ibi oritur in longitudine dieruʒ Hec auteʒ reductio captiuorum fiet pleniſſime ĩ octaua etate. Hinc eſt qꝫ ſeptuageſimam celebremus ex ſtatuto eccleſie quaſi tempus peregrinationis noſtre. que durat vſqʒ ad ſabbatum in albis. tunc duplex alleluia ĩ miſſa cantatur. ĩ ſignũ duplicis ſtole que in octaua etate a ſanctis recipietur. In ſeptem autem diebus precedentibus non cantat niſi vnum ſcʒ in vigilia paſce cũ tractu. et in ſeptimana ſequenti cum reſponſorio. ſ. in ſignum qꝫ in ſeptima etate que precedit octauã nõdum habet perfecta gloria. quia non habetur ſtola corporis. ſed anime tantum. Nec ipſa etiam anima perfectam habet ſtolam. quia deſiderat corpus ſuum ſm Auguſtinum. quo deſiderio aliquaten⁹ retardatur vt tota pergat in tertium celum. Unde et etas illa ſignificata eſt p ſeptem annos quibus ante reuerſionẽ iudeorum generalem data fuit eis licentia redeundi. Data enim licentia non potuerunt ſtatim redire. ſed in illis ſeptẽ annis preparauerunt ſe qui ſcʒ preceſſerunt cõpletionem decadis ſeptime. Unde nec in Hieremia dicitur. completi fuerũt ſeptuaginta anni. ſed cũ impleri ceperint: tandem igitur eis completis merito cantari poterit ab electis. omnes mortificat. et viuificat ꝛc. quia captiuauit et liberauit. Tunc Mardocheus noſter. i. Chriſtus. qui ꝑpter nos fuit ſacco indutus. videbit fulgẽs regijs veſtib⁹. Qui etiã eccleſie p totã ſeptuageſimã. i. vitã preſentem luctu et opibus penitẽtie afflicte dicit iſtud Baruch. v. Exue te hirlʒ ſtola luct⁹ et vexatõis. et indue te decore et honore ei⁹ q̃ a deo tibi ẽ ĩ ſẽpitna glia. Circũdabit

te diploide deus iuſticię · et imponet mi-
tram capiti tuo honoris ęterni. Tunc er-
go non timebit domui ſuę a frigoribꝫ ni-
uis · Omnes enim domeſtici eius veſtiti
erunt duplicibus · vt legitur Prouerb.
xxxj. Hinc ⁊ dicit Eſa. lxj. In terra ſua
duplicia poſſidebūt · ⁊ erit eiꝰ lęticia ſem-
piterna.

## De plenitudine illiꝰ ęternę beatitudinis. Cap. XII.

Quoniam igitur beatus
eſt cui omnia optata ſuccedūt ·
Et vt dicit Auguſtinus ī libro
de ciuitate dei. Fęlicitatem eſſe conſtat
plenitudinem omniū optabilium: Certū
eſt · ꝙ in illa conſummatione beatitudi-
nis replebitur in bonis deſiderium ſan-
ctorum. Vt enim dicit Auguſtinus ibi-
dem libro. xxij. Quid eſt aliud qꝺ per ꝓ-
phetam a domino dicitur: Ero illorum
deus · niſi ego ero vnde ſacientᷣ: Ego ero
quęcunqꝫ ab omnibus deſiderantur · et
vita ⁊ ſalus ⁊ copia ⁊ honor ⁊ pax · ⁊ om-
nia bona. Sic enim ⁊ illud intelligitᷣ · vt
ſit deus omnia in omnibus · hęc Auguſti
nus. Hinc ⁊ Hieronymus ſuper epiſto-
lam ad Eph. libro. ꝓ. Plenitudo inq̄t
eius qui omnia in omnibus adimplebitᷣ
Nunc quidē deus per partes in ſinguliſ
eſt · hoc eſt in alio iuſticia · in alio caſtitas
in alio ſapiētia · ī alio fortitudo: Et nūc
difficile eſt in ſanctis etiam viris atqꝫ ꝑ-
fectis omnes pariter eſſe virtutes. Cum
autem in fine fuerīt vniuerſa ei ſubiecta
adimplebitur omnia ī omnibus · vt ſint
omnes habentes omnia quę ante ſinguli
poſſidebant ſingula · hęc Hieronymus ·
Itaqꝫ plenitudo illius beatitudinis om
nibus mortalibus eſt ineffabilis · inſuper
etiam inconprehenſibilis. Nam de pri-
mo dicit apoſtolus. ij. Cor. xij. Qui ipſe-
met raptus ad viſionem cęleſtis paradi-
ſi audiuit arcana verba quę nō licet ho-
mini loqui. Hinc ⁊ beatus Ceſarius are-
latē. in omel. Beatam inquit vitam il-
lam facilius ē conſequi q̄ꝫ enarrare · cuiꝰ
erit curſus ſine termīo · vſus ſine faſtidio
refectio ſine cibo · ſub antiquis ꝑpetuiſqꝫ
gaudijs ſemper noua iocunditas · ⁊ ſine
periculo amittendi fęlicitas. De ſecūdo
dicit Eſa. lxiiij. Oculus non vidit deus
abſqꝫ te quę pręparaſti expectantibus te
Et itez apoſtolus. j. Cor. ij. Oculus in-
quit non vidit · nec auris audiuit · nec in
cor hominis aſcendit quę pręparauit de-
us diligentibus ſe. Verūtamen vt dicit
Auguſtinus vbi ſupra. Ex ipſis bonis q̄
in hac etiam vita deus conferre non ceſ-
ſat miſeris · vtcūqꝫ perpendi poteſt q̄nta
bona cōferet electis ſuis in ęterno regno
beatificandis. Quid enim inquit dabit
eis quos prędeſtinauit ad vitam · q̇ hoc
dedit etiam eis q̄s prędeſtinauit ad mor
temᷣ: Quę bona in illa vita beata faciet
eos ſumere pro quibꝫ in hac miſeria vni-
genituz ſuum voluit vſqꝫ ad mortē ma-
la tanta ꝑferre: hęc Auguſtinus. Illic ḡ
ſicut dicit beatus Bern. in meditationi-
bus ſuis: hęc erunt bona electis · pax · pi-
etas · bonitas · lux · virtus · ſplendor · hone-
ſtas · gaudia · lęticię · dulcedo · vita peren-
nis · gloria · laus · requies · amor · cōcordia
dulcedo. Ibi certe pax dei quę exuperat
omnem ſenſum implebit corda et corpa
cuncta omniū electorum. Unde idem di
cit Auguſtinus ibidē libro. xx. exponens
illud verbum qꝺ legitur Eſa. lxvj. Ecce
ego ait dominus declinabo ſuper eam q̄-
ſi fluuium pacis · ⁊ quaſi torrentē inundā
tem gloriam gentiū quā ſugetis. Fluui-
um inquit pacis dominus ī ſanctos de-
clinare ſe dicit vt ītelligamus in illius fę
licitatis regione omnia ſatiari hoc flumi
ne · ⁊ quia terrenis corporibus influet in-
de pax incorruptionis ⁊ immortalitatis
ideo flumen hoc declinare ſe promittit
vt etiam inferiora perfundet de ſupernis
hęc Augꝰ. Itaqꝫ fontē fluminū q̇ egre-
diebatᷣ de loco voluptatꝭ ad irrigādū li-
gna padiſi intelligamꝰ pacis abūdanti-
am qua perfundentur electi · vt fluminis
impetus lętificet ciuitatē dei · q̇ · ſ · fluuius
egreditᷣ ꝺ loco voluptatꝭ · i · ꝺ ſecreta pace

ipſius deitatis. At enim dicit beatꝰ Di-
onyſius in libro de diuinis nominibus.
Diuina ⁊ archiſynagoga pax omniū eſt
adunatrix·⁊ omnium conſenſus ⁊ cōna-
turalis genitrix ⁊ opatrix· proinde ⁊ om-
nia ipſam appetunt portabilem eorū mul
titudinem conuertentē in totam vnitatē
⁊ ciuile bellū vniuerſitatis in equiformē
habitationem adunantē. Hanc igitur
inquit vnā et ſimplam vnitatis pacifice
contemplabimꝰ naturā·omnes ſibi ac ſi-
bimetipſis ⁊ inuicē copulantem omnia·
quia in confuſa omniū continētia ſaluā-
tem·hec Dionyſius. Quattuor igitᷓ flu-
mina paradiſi deſignant pacem quadru
plicem · quā illic in ſemetipſis habebunt
ſancti·videlicet pacem corporis·pacē ani
me ſenſibilis· pacē conſcientie vel aīe ra-
tionalis·pacē anime ⁊ corpis. Has ita
deſcribit Auguſtinus vnde ſupra li.xix.
Pax inquit corporis eſt ordinata tempe
ratura partiū·pax anime rationalis ordi
nata requies appetitionū·pax anime ra-
tionalis ordinata conſenſio cognitiōis
et actionis·pax anime ⁊ corporis ordina-
ta vita ⁊ ſalus animantis·hec Auguſti-
nus. Et prima quidē pax ſcꝫ corpis nūc
frequenter qualitatū elementariū intem
perie perturbatur·a qua tunc electi peni-
tus liberabuntur. Nam ⁊ corpora ipſa in
melius immutabuntᷓ·⁊ ipſorum qualita-
tes corruptibiles que nunc corporibꝰ no-
ſtris corruptibilibus congruūt ignis cō-
flagratione deſtruentᷓ· eoꝝqꝫ ſubſtantie
qualitates alias induent · quibus etiam
corporibus glorificatis conueniet vt dic
Auguſtinus vnde ſupra libro.xx. Secū
da pax·id eſt·anime ſenſibilis·nunc per-
turbatur varijs deſiderijs: Quoniā vt
legitur Eccleſiaſtes.pͦ. Nō ſatiatᷓ oculꝰ
viſu·nec auris impletur auditu. Et vt le
gitur Prouerb.xxx. Sanguiſuge·id ē·
carnis due ſunt filie· gula ſcꝫ et luxuria·
dicentes: Affer· affer. Et ſic omnis talis
appetitus cōquieſcet ibi·quoniam ad nu
tum ſeruient omnia ſanctorū voluntati·
nec aliquid poterunt velle vel appetere
qꝺ non ſtatim contingat impleri. Et q̇-
dem vt dicit Auguſtinus eodē libro.xiiij.
Corporibus glorificatis non auferetᷓ co-
medendi ⁊ bibendi poteſtas·ſed indigen-
tia vel neceſſitas. Nā ⁊ dominꝰ ipſe poſt
reſurrectionem legitur comediſſe Luce
vlti. Tertia pax ſcꝫ conſcientie ſiue ratio-
nalis anime dirimitᷓ in perpetratione cul
pe·ſm illud Eſa.lviij. Non eſt pax im-
pijs. Ideo dicitᷓ in eodē.xlviij. Utinam
attendiſſes mādata mea·facta fuiſſet q̄ſi
flumen pax tua. Et in euāgelio Mat.v.
Eſto conſentiens aduerſario tuo·id eſt·
conſcientie tue remordenti·ſcꝫ ipſā pa-
cificando. Quarta vero pax ſcꝫ anime ⁊
corporis·perturbatur doloribus et infir-
mitatibus varijs·a quibus ſcꝫ liberabū-
tur omnino·ſm illud Apocalᷓ.xxj. Ab-
ſterget deꝰ omnē lacbrymā ab oculis eo-
rum·⁊ mors vltra nō erit·neqꝫ luctꝰ neqꝫ
clamor neqꝫ labor ⁊c. Tunc igitur vt di-
cit Auguſtinus in libro.pͦ.de trini.domi-
ni in monte promiſſū illud ſaluatoris im-
plebitur: Beati pacifici quoniā filij dei
vocabuntur. In illa namqꝫ pace perfe-
ctio erit vbi nihil repugnabit. Ideo filij
dei vocabūtur pacifici·quia nihil deo re-
ſiſtit· ⁊ vtiqꝫ patris ſimilitudinem debēt
habere filij. Sunt autē in ſemetipſis pa-
cifici qui oēs animi ſui motus componē-
tes·⁊ rationi ſubijciētes atqꝫ ſpiritui· fi-
unt regnum dei·in quo ſic ordinata ſunt
omnia· vt id qꝺ excellit in homine·ſcꝫ ra-
tio·ceteris non reluctantibus imperet·ip-
ſaqꝫ ratio ſubijciatur veritati·hec pax ī
terra in hominibus bone voluntatis in-
choatur.⁊ in vita beata perficietᷓ· hec Au
guſtinus. De pace xͣo quā habebūt ſan
cti exteriꝰ dicetur inferius. Deniqꝫ ſicut
dicit idem Auguſtinus in libro de ciuita
te dei.xix. Pax omnium rerum ſiue vni-
uerſitatis eſt tranquillitas ordinis. Eſt
autem ordo parium·diſpariumqꝫ re-
rum ſua cuiqꝫ tribuens diſpoſitio. Il-
lic ergo nimirū erit pax ſumma: vbi om-
nia rectiſſime fuerint ordinata. Ibi cer-
te etiam nobis inquit talis et tanta pax

erit·qua melior vel maior eſſe non poſſit· Qua propter finem laborũ noſtrorum poſſumus dicere pacem·iuxta qđ in pſalmo dicitur ad illam cęleſtem ciuitatẽ: Lauda deũ tuũ hieruſalẽ qui poſuit fines tuos pacem. Unde ⁊ nomen myſticum ipſius ciuitatis ·interpretatur· viſio pacis· Tantũ ſiquidem eſt pacis bonum vt etiam in rebus terrenis atq; mortalibus nihil ſoleat gratius audiri ·nil deſiderabilius concupiſci·nil deniq; poſſit meli⁹ inueniri. Adeo pax omnibus cara eſt. vt ſicut nemo eſt qui gaudere nolit·ita nemo ſit qui pacem habere nolit. Nam et ipſi qui bella gerũt ·nihil aliud q̃ vincere ac repugnantes ſubijcere volunt·qđ cũ factum fuerit·pax erit·⁊ victorię noſtrę p̃mium ęterna pax erit·quã nullus aduerſarius inquietare poſſit·hęc Auguſtinus Hanc enim pacem ipſemet vbiq; ſenſerat·cum in libro confeſ.x.dicebat. Ecce domine guſtaui ⁊ eſurio· fragraſti ⁊ tibi anhelo· tetigiſti me ⁊ exarſi in pacem tuã Cũ inhęſero tibi ex omni me nuſq̃ erit mihi labor et dolor· ⁊ viua erit vita mea tota plena te· Nunc autem qm̃ quem tu imples ſubleuas eum·quia tui plen⁹ nõ ſum oneri mihi ſum ·contendunt leticię meę cũ flendis merorib⁹· ⁊ ex qua parte ſtet victoria neſcio. Heu mihi domine miſerere mei· vulnera mea non abſcondo·medicus es·ęger ſũ·miſericors es·miſer ſum·egen⁹ ⁊ pauper ſum in oculto gemitu mihi diſplicens·⁊ miſericordiã tuam querens·donec reficiatur defect⁹ meus·⁊ perficiatur vſq; in pacem illam quã neſcit arrogantis oculus. hęc Auguſtin⁹

Ibi quoq; tres dotes animę complebuntur· de quibus idem dicit Auguſtin⁹ de ciuitate dei libro.xxij. Ipſe deus finiſ erit deſideriorum noſtrorũ ·qui ſine fine videbitur·ſine faſtidio amabit̃·ſine fatigatione laudabitur·hic munus·hic affectus·hic actus. Profecto ſicut ipſa vita ęterna communis erit omnibus: Ita et deus ipſe nobis erit notus atq; conſpicuus vt videatur ſpiritu a ſingul' nobis in ſingulis nobis·videatur ab altero in altero·videatur in ſeipſo·videatur in cęlo nouo ⁊ in terra noua· atq; in omni quę tunc fuerit creatura· videatur et per corpora in omni corpore·quocũq; fuerint corporales oculi acie perueniente directi· Patebunt etiã cogitationes noſtrę inuicem nobis·quia ſm apoſtolũ manifeſtabit deus conſilia cordium·⁊ tũc laus erit vnicuiq; a deo. Omnia corporis incorruptibilis membra ⁊ viſcera quę nũc videmus ꝑ vſus neceſſitatis varios diſtributa·quia tunc iam non erit ipſa neceſſitas ſed plena certa ſecura ſempiternaq; fęlicitas laudibus dei proficient. Itaq; quãta erit ibi fęlicitas vbi nullum erit malũ nullum latebit bonum·ibi perficietur·vacate ⁊ videte quoniã ego ſum deus· qđ ipſi nobis eſſe volumus cum ab illo cecidimus. Quid enim ſine illo fecimus·niſi qđ in ira eius defecimus· a quo refecti ⁊ maiori gratia perfecti in ęternum vacabimus videntes quia ipſe eſt deus· quo vtiq; pleni erimus quando erit omnia ĩ omnibus· hęc Auguſtinus. Itaq; ſicut dicit beatus Bernardus· in ſermone de omnibus ſanctis. Ibi fruemur deo trib⁹ modis ſcʒ videntes eum in omnibus creaturis·habentes eum in nobiſipſis·⁊ qđ his omnibus ineffabilius et iocundi⁹ ſit atq; beatius ipſã cognoſcẽtes in ſemetipſa trinitatẽ. Nam illa duo prędicta· velut duo circumiacentia·⁊ quaſi cortex tritici eſſe videntur: Hęc vero cognitio ſumma beatitudinis·medulla tritici·adeps frumẽti·quo ciuitas ſancta hieruſalem ſatiabitur·hęc Bernardus. Et quoniam ſatietas in rebus temporalibus ſolet generare faſtidium·ideo de illa ſatietate perpetua dicit Gregorius ĩ moral'.libro.xviij.per contrarium. Deum certe et angeli ⁊ vident ⁊ videre deſiderant. Nã et deſiderium ſine fructu anxietatem habet ·⁊ ſatietatẽ faſtidium ſubſequi ſolet· Ut ergo deſit in deſiderio anxietas· deſiderantes ſatiantur. Ne autem ſit in ſatietate faſtidium; ſatiari deſiderant·

Sic et nos erimus cū ad fontem vite ve-
nerimus erit nobis delectabiliter impreſ-
ſa ſitis ſimul atq; ſacietas· ſed longe ab-
erit a ſiti neceſſitas· et a ſacietate faſtidiū
hec Grego⁹. Dīc etiā Proſper de vita
contēplatiua libro.p̄. Nā ita ſingulis tūc
patebūt ſingulorum mentes· ſicut nūc ocu-
lis corpalibus ſubiacent facies corpales
Ipſos etiam oculos corporis nihil late-
bit creature inuiſibilis· hec ille. Sic igit̄
vt dicit beat⁹ Bern̄. vn̄ ſupra. De⁹ qui
erit omnia in omnibus menſurā plenam
dabit in vniuerſitate creaturarū· cōfertā
in interiori homine noſtro· coagitataꝫ in
exteriori· ſupeffluentem in ipſo deo· vt ſit
gloria ſupereminens et effluēs beatitudo
Hec de illa pleniſſima viſione. Por-
ro de perfectiſſima dilectione dicit ideꝫ
Bernardus in libro de diligendo deo·
Oportet inquit nos in hunc affectū q̄n-
doq; tranſire· ut quomodo deus omnia
voluit eſſe propter ſemetipſuꝫ· ſic nos q̄ꝫ
nec noſipſos· nec aliquid aliud fuiſſe vel
eſſe velimus· niſi eque ꝓpter ipſum· ſ· ob
ipſius ſolam voluntatem· non noſtram
voluptatem. Qd etiā in oratione quoti
die poſtulamus cum dicimus: Fiat volū
tas tua ſicut in celo et in terra. Sic autē
affici et deificari ē. Nā quomodo aque
ſtilla multo vino mixta· dum vini ſapo-
rem induit et colorem· a ſe tota deficere
videtur. Et quomodo ferꝛ ignitū et can
dens propria forma exutum igni ſimili-
mū efficitur. Et quomodo luce ſolis ꝑ-
fuſus aer in eandē luminis claritatē trāſ
formatur adeo vt non tam illuminatus
q̄ ipſū lumen eſſe videatur. Sic omneꝫ
tunc in ſanctis humanā affectionē· quo-
dam ineffabili modo neceſſe erit a ſemet-
ipſa liqueſcere· atq; in dei penitus tranſ-
fundi voluntateꝫ. Alioquin quomodo
deus omnia ī omnibus erit· ſi in homine
de homine quicq̄ ſuperit? Tunc itaq; fa-
cile ſummū gradum dilectionis optine-
bit· cum in gaudiū domini ſui promptiſſi
me et auidiſſime feſtinantem· nulla iam
carnis illecebra retardabit· nulla mole-
ſtia ꝯturbabit· hec Bernarduſ. Et quo-
niam ita dictum eſt ſuperius. Ex cogni-
tione procedit dilectio· ex vtraq; autem
fruitio· in qua tanta erit delectatio· vt in
vocem iubilationis et laudis prorumpa
tur neceſſario· ideo fruitionis loco poni-
tur laus ab Auguſtino. De qua ſcꝫ lau-
de ſine iubilatione patet ſm̄ Gregoriū·
ꝙ laudabūt deum et mente et ore. Laus
enim mentalis eſt iocunda et diffuſa pro-
teſtatio vel comprobatio diuine bonita-
tis· et hac ſemper vtūtur et angelici ſpiri-
tus· ſm̄ illud Job. xxxviij. Vbi eras cū
me laudarent aſtra matutina· et iubila-
rēt omnes filij dei? Itaq; de iſto ſancto-
rum iubilo dicitur Job. xxxiij. vbi agitur
de viro iuſto: Videbit faciem eius in iu-
bilo. De hoc ait Gregorius in moral'. li-
bro viij. Deus inquit non proijciet ſim-
plicem donec impleatur riſu os tuum· et
labia tua iubilo. Cuꝫ enim electi omnes
implentur gaudio aperte contemplatio-
onis· quaſi ad hilaritatem riſus exiliunt
in ore mentiſ. Iubilum ergo dicimus· cū
tantam leticiam corde cōcipimus quā-
tam ſermonis efficacia non explemus·
et tamen mentis exultatio hoc qd ſermo-
ne non explicat voce ſonat. Bene auteꝫ
os impleri riſu dicitur et labia iubilo· qꝛ
in illa eterna patria cum iuſtoruꝫ mens
in exultatione rapitur· lingua in laudis
cantum eleuatur. Qui quoniā tantū vi-
dent quantum dicere non valent in riſu
iubilant· quia non explendo reſonant·
qd amant· hec Gregorius. Hinc etiam
dicit Ps̄. ꝙ exultabunt ſancti ī gloria·
hoc eſt extra ſe ſaltabunt pre gaudio tri-
pudiando ſcꝫ atq; laudando. Cuius rei
myſterio legitur Heſter. viij. ꝙ damna-
to Aman qui interpretatur iniquitas· et
ſignificat diabolum· et exaltato Mar-
docheo qui ſignificat Chriſtum· iudeis
noua lux oriri viſa eſt· gaudium et honor
ac tripudium. De hac etiam laude di-
cit Auguſtinus vbi ſupra. Vacabitur
ibi dei laudibus· qui erit omnia in om-
nibus ꝛc. Nam quid aliud ibi agetur

vbi nulla deſidia ceſſabit᷑·nec vlla indi-
gentia laboratur: neſcio. Vñ ſcriptũ eſt
Beati qui habitãt in domo tua domine
⁊c. Idem ad Januariũ li.ij. Ineſt·n·in-
quit in illa requie nõ deſidioſa ſegnicies
ſed quedaȝ ineffabilis trãquillitas agni-
tionis ocioſe. Sic igit᷑ ab hmõi vite ope
ribus in fine requieſcit᷑· vt in alterius vi-
te actione gaudeat᷑· ſ; qꝛ talis actio ĩ lau
de dei agitur ſine labore mẽbroꝝ·ſine an-
gore curaꝝ·nõ ad eã ſic tranſit᷑ p quietẽ
vt ipſi quieti ſuccedat·i· nõ ſic actio eſſe
incipit vt deſinat eſſe quies. Neqȝ·n·re-
ditur ad laboreſ ⁊ curas·ſ; pmanet ĩ acti-
one·qđ ad quietẽ ptinet·nec in ope labo
rare·nec in cogitatiõe fluctuare·hec Au-
guſtinus. Sicut ḡ dicit beat⁹ Effrem in
libro de ſurrectione. Illic cantabimus et
dicem⁹: Mirabilis es dñe in ſanctis tu-
is. Illic etiã confitebimur·qm̃ repleti ſu-
mus mane miſericordia tua · ⁊ exultaui-
m⁹ et delectati ſum⁹· Hec de glã ſancto-
rum interiori.

## ¶ De corporib⁹ ſanctorum glori- ficandis. ¶ Cap. XIII.

DE corporibus aũt eorũ
glorificãdis dicit beat⁹ Bern̄.
in ſermone de oĩbꝫ ſanctis· Vt
inhabitet inq̇t gloria in terra noſtra·i·in
corpe qđ ex quattuor elemẽtis ꝯſtat eſſe
cõpactũ·quattuor ſũt querẽda·ſicut ſup̄
triplex inuẽta eſt aĩaꝝ natura· replenda
pace diuina. Nec miremini ꝙ pluribꝫ in-
digere videt᷑ homo exterior q̄ miſerior eſt
cum dicat Ps̄. Sitiuit in te aĩa mea q̄ȝ
multiplicit᷑ tibi caro mea. Habeat ḡ ter-
ra noſtra immortalitatẽ·ne iaȝ timeat ſe
denuo in puluere redigendã·⁊ ne contin
gat in eternũ viuere in miſerijs·quibꝫ hoc
corruptibile corpus inceſſanter affligit᷑·
Habeat etiã aqua omnimodã impaſſi-
bilitatẽ. Ab hũoribꝫ·n·ĩordinatã cauſas
aiunt pcedere paſſionũ·ſ; iam deſiderat
etiã corp⁹ noſtꝝ leuitatẽ ſm̃ eã·ſ·quã ha
bet ex aere portionẽ. Tanta itaqȝ futura
eſt corpoꝝ leuitas·⁊ agilitas ſanctorum
vt poſſint ſi velint abſqȝ omni difficulta
te cogitationũ noſtrarũ ſeq̇ ad oĩa velo-
citatẽ. Habebũt q̄ȝ pfectiſſimã pulcritu
dinem·quã ei pti quã habebam⁹ ex igne
poſſumus attribuere. Saluatorẽȝ enĩ ex-
pectamus q̇ reformabit corp⁹ humilitatꝭ
nr̃e cõfiguratũ corpi claritatis ſue·exhi-
bens qđ pmiſit·qꝛ fulgebũt iuſti ſicut ſol
hec Bern̄. Aplus etiaȝ·j·Cor·xv·con-
tra calũniantes fidẽ glorioſe reſurrectio-
nis future oſtẽdit p exemplũ etiam natu
rale·ꝙ non eſt neceſſe corp⁹ tale reſurge-
re q̄le morit᷑·ſ·paſſibile ac mortale. Cor-
pus inq̇t grani nõ ſeminas quale futuꝝ
eſt cum herba vel ſtipula vel palea ſic ex-
urgit ſeminatũ·ſ; potius nuduȝ granum
abſqȝ ſtipula vel tegumentis palearum.
deus aũt dat illi corpus cũ palea et ari-
ſta ſicut ipſe vult q̇ poteſt oĩa· Sic igit᷑ ⁊
mortui dei nutu ac virtute poterũt viue-
re ⁊ meliori corpore·ſ·glorioſo reſurgere·
De qua gloria ibidẽ dicit aplus· poſtea
Seminat᷑ in corruptione·ſurget in incor
ruptione. Seminat᷑ in ignobilitate· ſur-
get ĩ gloria. Seminat᷑ in infirmitate·ſur
get in ꝟtute. Seminat᷑ corpus aĩale·ſur
get corpus ſpũale. Ecce gloria corpis cõ
ſiſtens in his q̄ttuor dotib⁹·ſcȝ ĩ impaſſi
bilitate· claritate· agilitate· ſubtilitate·
Que per ſimile notent᷑ in ſolari corpore·
Radius enim ſolis ſuper quaſcũqȝ trãſe
at feces coinquinari·vel corrumpi nõ po
teſt·in quo notat᷑ impaſſibilitas. Splen
didius eſt·in quo claritas in ortu ſuo ſta
tim vſqȝ in occidentẽ tranſparet·in quo
agilitas· Radi⁹ eius per vitrũ tranſit·et
calor eius oĩa penetrat· in quo ſubtilitaſ
Ideo recte corpora glorificanda ꝯparat
dominus ſoli·dicens Math.xiij. Fulge-
bunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum
Cui recte ꝯgruit ⁊ illud Sap̄.iij. Fulge-
bunt iuſti et tanq̄ȝ ſcintille in arũdineto
diſcurrent. Nã in fulgore accipitur clari-
tas·in iuſticia immortalitaſ. Juſticia·n·
perpetua eſt ⁊ immortalis·vt legit᷑ eodeȝ
p̊. Porro in ſcintillis accipit᷑ ſubtilitas·

⁊ in diſcurſu ꝑ harūdinetū agilitaſ. Ee-
dem quoqꝫ dotes ſignantur per quattu
or menſuras in euangelio, ⁊ per q̄ttuor
pſalmos in completorio ¶ Quidam
tamen dicunt dotes corporis eſſe im-
paſſibilitatē ⁊ glorioſitatē ⁊ virtuoſita-
tem ⁊ ſpūalitatez· que tanguntᷣ expreſſi-
us in ſupradictis apl̄i verbis. Eſt autez
impaſſibilitas naturalis potentia q̄ cor-
pora glorificata erunt poſſibilia reſiſtere
oī cauſe extrīſece leſionis illatiue: Vn̄
ſub illa comprehenditur īmortalitas ⁊ ī
corruptibilitas ⁊ īmutabilitas· ⁊ oīa hu
iuſmodi. Glorioſitas autē eſt decor cor-
poris gl̄ificati ſub q̄ ꝯtinentᷣ luciditas ⁊
ſuauitaſ ⁊ redolentia· ⁊ ſimilia. Virtuo
ſitas ē naturalis potētia agēdi in aliud
abſqꝫ cōtradictiōe vel reſiſtentia: Vn-
de ſub ea comprehenduntᷣ agilitas ⁊ ſb-
tilitas. Agilitas eſt potentia qua corpuſ
naturalitᷣ ab anima poteſt agi quocūqꝫ
voluerit. Sed nunc quidem ipſi anime
grauitas corporis obſiſtit· tunc aūt one-
re depoſito agilitas ibi erit que naturaz
perficit. Subtilitas autem eſt potentia
qua poterit hmōi corpus oīa penetrare
corpora non glorificata. Ad dignitatez
enī ⁊ nobilitatē dabitur ei penetrare nō
penetrari· agere non pati· naturaliſ potē
tia nullaqꝫ impotētia. Nec replebit cor-
poris non glorificati locum· ⁊ ideo reci-
piet illud ſecum. Porro ſpūalitas eſt
natalᷣ potentia per ſe ſubſiſtēdi· id eſt· ſi-
ne ſubſidio alimēti· Ideo enī dicitᷣ cor-
pus ſpūale ſm Aug̃· non quia conuer-
tatur in naturā ſpiritus· ſꝫ quia viuet ex
ſolo ſpiritu· ſm qꝺ ibidez dicitur: Si ē
corpus animale· eſt et ſpūale· factꝰ ē ꝑ-
mus homo in animā viuentē· nouiſſimꝰ
in ſpiritū viuificantem. Itaqꝫ ꝺ impaſ-
ſibilitate dicitur Iob· xxij· Dabit ꝓ ter-
ra ſilicem· id eſt· pro carne infirma ⁊ paſſi
bili carnem ſolidam ⁊ impaſſibilem. Et
iterum Apoc̄· ij· Vincenti dabo manna
abſconditū· ⁊ dabo ei calculū candidū
id eſt· corpus ſolidum ac lucidū· ⁊ in cal
culo nomen nouū ſcriptuz qꝺ nemo ſcit
niſi qui accipit. De glorioſitate ſiue pul
critudine dicit Augꝰ· de ciuita· dei· li·
xxij· Omnis pulcritudo corporis ē parti-
um congruentia cum quadam ſuauita-
te coloris· vbi ꝟo non eſt ꝯgruētia par-
tium· aut ideo aliquid offēdit quia pra-
uum ē· aut quia paruū· aut quia nimiū·
Proinde nō erit in corporibꝰ illiſ defor-
mitas quā facit incongruentia partiuz
vbi ⁊ que praua ſūt corrigentᷣ· ⁊ qꝺ mi-
nus eſt q̄ꝫ decet· vnde creator nouit inde
ſupplebitur· et qꝺ plꝰ ē q̄ꝫ decet ſeruata
materie integritate detrahetur· Coloris
porro ſuauitas q̄ꝫta erit vbi fulgebūt iu
ſti ſicut ſol· tranſacta quoqꝫ membro-
rū vſus neceſſitate ſola fruemūr inuicem
pulcritudine ſine vlla libidine· qꝺ maxi-
me referendū eſt ad laudē conditoriſ· cū
dicitur in p̄s: Confeſſionem ⁊ decorem
induiſti amictus lumine ſicut veſtimēto
Oīa itaqꝫ membra ⁊ viſcera corpis glo-
rificati proficient laudibꝰ dei· hec Augꝰ
De virtuoſitate autem dicit Gregꝰ· in
moralᷣ. Erit corpus noſtruz ſubtile qui-
dem per effectum ſpiritualis potētie· ſed
palpabile per veritatē nature· Vnde et
redemptor noſter dubitantibus de ſua
reſurrectione diſcipulis manus ⁊ latus
oſtendit dicens: Palpate ⁊ videte· q̄r
ſpiritus carnem ⁊ oſſa nō habet ſicut me
videtꝭ habere· hec Gregꝰ· Sed fortaſſe
quęret aliquis: quid illic ſubtilitas vel
agilitas proderit vbi non erit motus· q̄r
nec tempus· ſꝫ eternitas que tota ſimul
exiſtit. Econtra rn̄demus ꝙ cum ibi fu-
tura ſit laus vocalᷣ· erit vtiqꝫ ⁊ motꝰ cor-
poralis. At in ſolo deo erit illa ꝑfecta et
ſtabilis eternitas vt non moueatᷣ· in aīa
quoqꝫ ſtabilis perpetuitas quo ad illaz
partē q̄ deo īmutabilitᷣ adherebit eoqꝫ
ꝑfruetᷣ. Vt autē dicit Augꝰ· de ciui· dei
li· xxij· Qui motꝰ illic taliū corporū ſint
futuri definire nō audeo: Tamē ⁊ motꝰ
⁊ ſtatꝰ ſic ipſa ſpēs decēs erit vbi qꝺ nō
deceat nō erit. Certe vbi volet ſpūs· ibi

ꝓtinus erit corpꝰ· nec volet aliquid ſpi-
ritus qđ nec ſpm̄ decere poſſit nec corpꝰ
hec Augꝰ· Itaqꝫ ſpūs corpus ſuū feret
vbicūqꝫ voluerit ſine mora tēpis aut
impedimēto ponderiſ vt dicit Proſper
Vnde ⁊ Augꝰ ibidem. Cū inquit nunc
valeat natura corpoꝝ terrenoꝝ deꝓme-
re aīas deorſum: cur non aliqn̄ ⁊ anime
terrena corpora valebunt leuare ſurſū?
Habebit tamen ⁊ ipſum corpus qđdā
pondus ſuū· ſm̄ qđ pondus dicitur im-
petus rei cuiuſlibet tendentꝭ ad locū pro
priū. Vnde ſi nature ſue reliquereť ita
ꝙ ſpiritus eum non regeret ad locū ſuū
naturaliť tenderet ibiqꝫ remaneret. Gra
uitatem quoqꝫ ſuam naturalem retine-
bit q̄tum ad exteriora violētie reſiſten-
dum non q̄tum ad motū voluntarium
impediendū. Vnde Augꝰ in quodam
ſermone· Ita inquit in corpibꝫ illis glo
rificatis erit celeritas mouendi ſi tanta
erit reſurgēdi? Fiet enī reſurrectio ī ictu
oculi· toto licet mūdo membra mortuo-
rum diſſipentur· per totam terram cine-
res diſpergantur· totum qđ ſparſum eſt
in ictu oculi reparabiť· hec Augꝰ. Por
ro đ ſpūalitate dicit idē Augꝰ· de ciui·
dei· li· xxij· Quale tunc corpꝰ erit qđ oī-
modo ſpiritui ſubdiť qđ ſufficiēter viui
ficatū nullis alimonijs indigebit. Non
enī erit animale ſed ſpūale· habens qui-
dem carnis ſubſtātiā ſed abſqꝫ vlla cor-
ruptione· hec ille. Igitur anime iuſtoꝝ
in reſurrectione leuabunt corpora ſua de
terre puritate induta quidem aque cla-
ritate· aeris quoqꝫ leuitate vel agilitate
igniſqꝫ ſubtilitate· eritqꝫ tunc anima ſic̄
dictum eſt ſupra ſm̄ Augꝰ· et obediens
⁊ imperans ⁊ viuificata ⁊ viuificans· tā in-
effabili facilitate vt ſit ei tunc glorie qđ
prius fuerat ſarcine. Idcirco autem q̄t-
tuor ſunt dotes corpis bonū vnū· ſ· ab-
ſolutum· hec eſt glorioſitas· aliud reſpe-
ctiuū· hec eſt virtuoſitas. Similiter du-
plex eſt eius malū: vnū intrinſecus ve-
niens ē qđ ſpūalitas· aliud extrinſecus
ē qđ impaſſibilitas. Sūt ḡ due de carē
tia oīs mali· ⁊ due đ p̄ſentia oīs boni· ī

quibus ſcʒ duobꝫ pfecta beatitudo cō-
ſiſtit· habentqꝫ naturale p̄ncipiū in cor-
pore cuius ſunt ⁊ a gratia pfectionē. Di
cit autem Amb· in· li· de exceſſu Satyri
ſecūdo· ꝙ fides reſurrectionis noſtre tri-
plici ꝓbatur argumēto · videlicʒ ratiōis
iudicio · vniuſitatꝭ exēplo · rei geſte teſti-
monio. Ratio ſiquidem euidens exiſtit
quia cum oīs vſus vite nr̄e ſit in corporꝭ
animeqꝫ cōſortio· reſurrectio aūt aut p̄-
miū actus boni· aut penā reprobi habe-
re noſcatur· neceſſe eſt corpus reſurgere
cuius actus impenditur. Vniuerſitatiſ
autem exemplum voco ſeriem oīum ge-
nerationū vices ſucceſſionū obitꝰ ortꝰqꝫ
ſignorum· diei ac noctis occaſus eorum
quia quotidie tanq̄ rediuiuā ſucceſſio-
nem ⁊ ſeminū mortuorū in eaſdem ſpēs
reformationū. Porro rei geſte teſtimo-
niū ideo dixi· quia reſurrexerūt iā plu-
rimi· hec Amb. De hoc etiā dicit Gregꝰ
in moraľ· Qm̄ in nobis eſt ſenſus ratio-
nis · acceſſit in exemplo gratia redēpto-
ris qui mortem noſtram ſuſcepit ⁊ reſur-
rectionē oſtendit · vt qui reſurrectionis
ſpem ex ratione voluimus hīe· ex eiꝰ ad-
iutorio ⁊ exēplo teneremꝰ. Recte q̄ ī eiꝰ
reſurrectiōiſ tpe mltoꝝ etiā ſctōꝝ corpa
ſurrexere: vt cū ſe pcipere deſperaret hō
qđ in ſe fieri oſtenderet deꝰ hō ħ ī ſe fieri
poſſe p̄ſumeret qđ in purꝭ hoībꝫ factū co
gnoſceret· hec Gregꝰ. Apľs etiā· j· Corꝭ
xv· ex dn̄ica reſurrectione ſumit argumē
tum reſurrectionis nr̄e dicēs: Si reſur-
rectio mortuoꝝ futā nō eſt · ſequitur ꝙ
neqꝫ Chriſtus ſurrexit· q̇ vtiqꝫ ꝓpť nos
fecit · videlicʒ vt ſicut ille· ſic et nos ſpere-
mus reſurgere. Sic ergo ꝓbat eam indi
recte īnuens ꝙ ⁊ nos reſurgemꝰ ſicut il-
le. Et eſt argumentū a ſimili ⁊ a cauſa.
A ſimili nempe · quia licet in excellētiori
gloria tanq̄ filiuſ dei reſurrexerit q̄ ali-
quis nr̄m reſurrecturꝰ ſit· tamē inq̄tum
ille homo ſcilicet filius virginis eſt filiuſ
dei· per gratiam ſimilis eſt alijs ſanctis·
ſm̄ illud Philꝭ· ij· In ſimilitudinem ho
minum factus: ⁊ habitu inuentus vt hō
Et ſcd̄m hoc ſimile eſt ipſum reſurrexiſſe

et ſanctos reſurrecturos eſſe. A cauſa vero duplici motiua ſumitur illa ratio apoſtolica. Nam reſurrectio Chriſti eſt cauſa motiua liberalitatis paternę. vt eius amore faciet frẽs glorioſe reſurgere. Sicut rex terrenus quãdo filium ſuũ militẽ fac. ei⁹ amore mltos etiã alioſ milites efficit. Eſt etiam q̃ntum ad nos cauſa motiua. quia mouet nos ad reſurrectiõis gloriam bonis operibus acquirendã. eo ꝙ ĩ illo iam apparet ſanctoꝝ gloria ꝑpetua. Hanc autẽ indirectam rationem ſumit apoſtolus contra illos qui negabant futuram reſurrectionẽ. Vnde quõ inq̇t dicunt quidam in vobis ꝙ reſurrectio futura non ſit? Si enim ita eſt. ſequitur ꝙ neqꝫ Chriſtus reſurrexit qui eſt caput et cauſa reſurrectionis. Dehinc etiã inconuenientia multiplicans addit: Inuenimur aũt ⁊ falſi teſtes dei ſi non reſurgent mortui. quãdo diximus aduerſus eũ teſtimoniũ ſcꝫ veritati contrariũ. ꝙ videlicet ſuſcitauerit Chriſtũ qui eſt primogenitus mortuorũ: quẽ vtiqꝫ non ſuſcitauit. ſi nec mortuos reliquos ſuſcitaturus ſit. deus autẽ de falſa laude ſua nõ lętatur. ſed poti⁹ iraſcitur. Vnde glo. Auguſtini. Perhorrenduꝫ eſt aliquid falſi de deo dicere. etſi ad eius laudẽ videat̕ ꝑtinere. quia non minori ſed fortaſſe maiori ſcelere laudatur in deo falſitas q̃ꝫ vituperatur veritas. Deniqꝫ aliud incõueniẽs addit apoſtolus dicens: Si in hac vita tantũ ⁊ non in alia in Chriſto ſperantes ſumus. ſ. vt reſurrectionẽ futuram nõ ſperemus: miſerabiliores ſumus omnib⁹ hominibus. Vt enim dicit glo. Cęteri homines ſaltem fruunt̕ hoc ſęculo. nos aũt neqꝫ pręſenti neqꝫ futuro. Sic ratiõib⁹ aſſerit̕ noſtra reſurrectio. nõ ſolũ a cęteris ſanctis. ſed etiam ab apoſtolo. Aſſeritur etiã multipliciter vniuerſitatis exemplo. iuxta illud Ambroſij ſupius poſitũ. Et illud Gregorij ĩ moral. li. xiiij. Quid inquit quotidie mundus in elemẽtis ſuiſ niſi reſurrectionẽ noſtrã imitat̕? Videmus enim arbuſta frondiũ viriditatẽ deponere. ⁊ a fructuum prolatione ceſſare. Rurſumqꝫ folia erumpere. ⁊ fruct⁹ grandeſcere. ac totam arborẽ veſtiri rediuiuo decore. Quoniã ḡ rationabiles conditi ſumus reſurrectionis noſtrę ſpem ex ipſa rerum contẽplatione colligere debemus: hęc Greg⁹. Sic ⁊ apoſtolus in prędicto capitulo q̃ſtionibus inſipientiũ reſpondet. qui dicebant: Quõ mortui reſurgent vel quali corꝑe venient? Inſipiens inquit tu qui ſapientẽ te putas. nõ attendens ꝙ in rerum natura ſi vis quotidie fieri conſideras. Nam granũ qđ in terra ſeminat̕ nõ viuificabitur niſi pri⁹ moriatur. id eſt. niſi prius putrefiat in terra nõ vegetatur. Sicut ergo granũ reſurgit in terra putrefactũ. ita corpus humanũ reſurget. licet putrefactũ ⁊ in puluerẽ redactum. Deniqꝫ reſpõdet quęſtioni de corporis qualitate. oſtendens per ideꝫ exemplum. nõ eſſe neceſſe vt reſurgat paſſibile vel mortale. ſicut oſtẽſum eſt ſup̃. Itaqꝫ ſicut ideꝫ dicit apoſtolus: Mortui reſurgent incorrupti. ⁊ nos immutabimũ. Mali quidem reſurgent q̃ntum ad diminutionem membroꝝ incorrupti. ſed prauis ⁊ paſſibilibus corpoꝝ qualitatibus non ꝓuati: Boni aũt per gloriã immutati. ⁊ in multis bene diſpoſiti. ſ̃m illud Sap̃. iij. In paucis vexati. in multis bene diſponentur. videlicet interius vt dictũ eſt q̃ntum ad tres. ⁊ exterius q̃ntum ad q̇ttuor dotes. His enim ſponſa Chriſti ꝑ omnia membra ſua dotabitur ⁊ ornabit̕ cum in cęleſtem ſponſi domũ introducet̕ hęc eſt eccleſia electorum ex hominibus cuius matrimonium initiatuꝫ fuit in patriarchis et prophetis Chriſti promiſſione. conſummatum in verbi incarnatione ſed ratum erit in plena glorificatione. ſicut dicitur Oſeę. ij. tñ ordine conuerſo: Spõſabo te mihi in fide. et ſponſabo te in miſericordia et miſerationib⁹. et ſponſabo te mihi in ſempiternũ. Angelis aũt nec Chriſtus promiſſus fuit. nec ipſorũ

naturam aſſumpſit· ⁊ ideo nec eoꝝ ec-
cleſia dicitur ita proprie in ſponſa Chri-
ſti eſſe· nec dotes hr̄e· licet ⁊ ipſa deo vnia
tur charitate. Et ſm̄ hoc eccleſia de an-
gelis et hominibus collecta dicitur vna
ſponſa non ſolum Chriſti ſed totius tri-
nitatis.

## De quattuor gaudiolis in qui- bus cōmunicabūt cū angelis. Cap. XIIII.

PReter dotes autem ſu-
pradictas animarum ⁊ corpo-
rum habebunt homines ſancti
octo gaudia particularia· quattuor ſcꝫ
cū angelis cōmunia· ⁊ quattuor ſibi ſpe-
cialia. Ideo autē dicit particularia· qꝛ
vniuerſale gaudium eſt ipſe deus· q̇ tūc
erit omnia in omnibus. Itaqꝫ quattuor
illa prima ſanctis hominibus angeliſqꝫ
cōmunia erunt de beata ſocietate· de mū-
di renouatione· de creaturę contempla-
tione· de diuinę iuſticię in reprobos con
ſideratione. De beata ⁊ iocunda ſoci-
etate dicit Auguſtinus de ciuitate dei li-
bro. xix. Pax ſupernę ciuitatis eſt ordi-
natiſſima et concordiſſima ſocietas fru-
endi deo ⁊ inuicem in deo. Hinc ⁊ de fę-
licitate illius ciuitatis dicit beatus Ber-
nardus in meditationibus ſuis. O ciui-
tas cęleſtis māſio· ſecura patria· totū cō
tinens qđ delectat· populus ſine murmu-
re· q̄ꝫ glorioſa dicta ſūt de te ciuitas dei
ſicut lętantium omniū habitatio eſt ī te·
Quę ergo nos angit veſania vitiorum:
ſitire abſinthium· huiꝰ mundi ſequi nau
fragium· vitę labentis pati infortunium·
impie tyrānidis ferre dominiū· et nō ma-
gis conuolare ad angeloꝝ ſocietatē· ſan
ctorum ſplendorem· regis potentis hono
rem ſupernę glorię: Sed ad hęc oīa q̇s
idoneus: profecto verus pęnitēs· verus
obediens· amabilis ſocius· fidelis ſeruꝰ·
hęc ille. Et rectiſſime ſocietas illa dicit̉ ci
uitas· quaſi ciuiū vnitas. Ut enim dicit

Proſper vbi ſupra. Illic omnes qui fu-
erint vnū corpus erunt· ⁊ ſinguli de ſua
ſinguloꝝ fęlicitate gaudebūt. Et hoc eſt
vt dicit Auguſtinus ſuper Iob. ſermone
vij. Qꝛ dei filius patrē pro nobis orās ait
vt ſint vnum ſicut ⁊ nos vnū ſumus· tu
pater in me ⁊ ego in te· ⁊ ipſi in nob̄ vnū
ſint· vt habeant gaudiū meum impletū
in ſemetipſis. Hęc eſt enim illa pax ⁊ be-
atitudo in futuro ſęculo· ꝓpter quā con-
ſequendam ſobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuendū
eſt in hoc ſęculo· hęc Auguſtinꝰ. Cumqꝫ
ſublimitatē ſuperbia comitari· ex ſuꝑbia
vero diſcordia vel iurgium oriri ſoleat·
ſm̄ illud Prouerb. xij. Inter ſuperbos
ſemꝑ iurgia ſunt. Recte tantā concordi
am in tam ſublimibus pſonis beatꝰ Iob
xxv· inter miracula dei reputat dicens:
Poteſtas et terror apud eū eſt: qui fa-
cit concordiam in ſublimibus ſuis. Ibi
nāqꝫ reuera ꝓpter cōmunem veritatꝭ poſ-
ſeſſionem erit inter fruentes ſumma pax
⁊ concordia· q̄m ipſa charitate veritatis
excludetur inuidia. Unde Augꝰ. de ciui
tate dei libro. xxij. Qꝛ ibi ſiquidem futuri
ſint ꝓ meritis p̄miorum· etiā gradus ho-
norum atqꝫ gloriaꝝ· nullatenus eſt am-
bigendū: Ibiqꝫ verus honor q̇ nulli ne-
gabitur digno· nulli deferetur indigno·
Sed nec ad eā ambiet vllus indignus·
vbi nullus permittetur eſſe niſi dignus.
Ibi vera gloria erit vbi nec laudātis er-
rore· nec adulatione quiſq̄ꝫ laudabitur·
Uera quoqꝫ pax vbi nihil aduerſi vel a
ſeipſo vl̉ ab alio quiſqꝫ patiet̉. Idqꝫ eti-
am illa beata ciuitas in ſe magnū bonū
videbit· qꝛ nulli ſuꝑiori aliquis inferior
inuidebit. Tamqꝫ nolet eſſe vnuſquiſqꝫ
qđ n̄ accepit· q̄ꝫuis ſit pacatiſſimo ꝯcor
dię vinculo ei qui accepit obſtrictus· q̄ꝫ
nec in corꝑe vult oculus eſſe q̇ eſt digitꝰ·
cum membꝛ vtrūqꝫ contineat totiꝰ car-
nis pacata cōpago. Sic itaqꝫ donū ha-
bebit aliꝰ alio minus vt hoc q̇ꝫ habeat·
ne velit amplius· hęc Augꝰ. Hic ⁊ Gre-
goriꝰ in moral̉. li. v. Difficile quidem eſt

vt in hoc mundo alter alteri non inuideat· qđ adipiſci alter exoptat · quia q̇cq̇d temporale percipitur· tāto fit min⁹ ſingulis· quanto diuiditur in multis· ⁊ idcirco deſideratiſ mentem liuor excruciat· quia hoc qđ appetit aut funditus alter accipiens adimit · aut a quantitate reſtringit. Qui ergo peſte liuoris plene carere deſiderat· illam hereditatem diligat· quā coheredum numerus non anguſtat . Que ⁊ omnibus vna eſt· ⁊ ſingulis tota· q̄ tanto largior oſtenditur· quanto ad hāc p̄cipientium multitudo dilatatur. Imminutio ergo liuoris eſt affectus ſurgēs interne dulcedinis · et plena mors eius eſt perfectus amor trinitatis . Nam cū mēs ad eius rei appetitum retrahitur· que nō accipientium numer̄ partitur· tanto magis proximum diligit · quanto minus ex profectu illius ſua damna pertimeſcit· q̄ ſi perfecte in amorem celeſtis patrie rapitur· plene etiā in proximi dilectione ſolidatur· quia cum nulla terrena deſiderat nihil eſt qđ ei⁹ erga proximum charitati contradicat· hec Gregorius. Cui etiam cōſonat illud Auguſtini vbi ſupra libro xv . Nullo inquit modo fit minor accedente ſeu permanente conſorte poſſeſſio bonitatis· imo poſſeſſio bonitas· quā tāto latius quāto concordius indiuidua ſociorum poſſidet charitas . Non habebit deniqȝ illam poſſeſſionem qui eaȝ voluerit habere cōmunem· et tanto eaȝ reperiet amplioreȝ· quanto amplius ibi potuerit amare conſortem· hec Auguſtin⁹. Hinc et ex illa charitate ac ſocietate mutua proueniet ſingulis multiplex gloria· Vnde Anſelmus in proſlogion . In illa perfectiſſima charitate innumerabiliū beatorum angelorum ⁊ hominū vbi nullus minus diligit alium q̄ȝ ſeipſum · non aliter gaudebit quis pro ſingulis aliis q̄ȝ pro ſeipſo. Si ergo cor hominis de tanto ſuo bono vix capiet gaudium ſuum · quomodo capax erit tot ⁊ tantor̄ gaudiorum? Et vtiqȝ quia inq̄ntum quiſqȝ diligit aliquem · tantū de bono eius gaudet. Sicut in illa p̄fecta felicitate vnuſquiſqȝ plus amabit ſine comparatione deum q̄ȝ ſe et omnes alios ſecum· Ita et pl⁹ gaudebit abſqȝ eſtimatione de felicitate dei q̄ȝ de ſua ⁊ omnium aliorum ſecum. Ecce inueni gaudium quoddā plenum. Non ergo totum illud gaudiū intrabit in gaudentes· quin potius in gaudiū illud intrabunt toti gaudentes. Sȝ quoniam illud gaudiū vt dicit apoſtol⁹ Nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit· nonduȝ dixi vel cogitaui· q̄ntū gaudebunt illi beati· hec Anſelmus. Itaqȝ ſingulis erit gaudiuȝ ſpeciale de cuiuſlibet rationalis creature ſocietate· iux̄ illud apoſtoli ad Phil. Ita frater ego te fruar in domino. Hoc autē gaudio nec ipſi exortes erunt angeli· vtpote quos feruens dilectio faciet de tanta ⁊ tam iocunda ſocietate ineſtimabiliter gratulari . Nam vt dicit beatus Bernardus ſuper Cant. omel.lxix. iux̄ verbum euangelii: Nūc etiam ad peccatoris penitentiam gaudent angeli. Et ſi delitie inquit angelorum ſunt lachryme mee· quid delitie mee? De mundi aūt renouatione dicitur .ii. Pet.iii. Nouos celos ⁊ nouam terram expectamus· in q̇bus iuſticia habitat ⁊c. Vbi nomine celi et terre ſcđm q̄ exponit Auguſtinus principiū Geñ. intelligi poteſt vniuerſitas creature viſibilis et inuiſibilis. Omnis enim creatura viſibilis renouabitur· ⁊ ſm̄ modum ſuum glorificabitur · videlicet celum et terra ⁊ omnia elementa· et que ꝓpter hominem ab initio facta ſunt· ſed per peccatuȝ eiuſ corrupta · ante iudicium enim fiet per ignem eor̄ purgatio· ⁊ poſt eorum innouatio . Vnde Auguſtinus vbi ſupra libro .xx . Iudicatis his qui nō ſunt inuenti ī libro vite· et in ignē eternum miſſis· figura hui⁹ mundi mundanorum ignium conflagratione preteribit. Nam elementoruȝ corruptibilium q̄litates q̄ corꝑib⁹ noſtris corruptibilib⁹

congruebant ardēdo penitus interibūt·
atqꝫ ipſa ſubſtantia eas qualitates ha-
bebit quę corporibus immortalibus mi-
rabili mutatione conueniant· vt ſcꝫ mū-
dus in melius innouatus apte accōmo-
detur hominibus etiam carne innouatis
in melius. Vnde vidit Iohānes ſeden-
tē in throno a cuiꝰ conſpectu fugit cęlū ⁊
terra· ⁊ mare iam nō eſt· vt legit᷑ Apocal.
xx· Peribunt enim hec ƀm ſpeciem· ſed
non ƀm ſubſtantiam. Hinc et Pſ. In-
itio tu dn̄e terrā fundaſti et opa manuū
tuaꝝ ſūt cęli· ipſi peribunt ꝛc. Nec tamē
ex toto per ignem fiet innouatio mundi·
quoniam et ſol et luna innouabuntur· i·
meliorabuntur· quę non ſubiacent ignis
paſſioni. Corpora quoqꝫ ſanctorum ƀm
apoſtolum īmutabuntur· quod conſtat
per ignem non fieri. Vt autem dic̄ Ba-
ſilius ī hexameron libro. vj. Ratio quę-
dam ſecretior docet nos percipiendā eſſe
naturam ignis· etiam in delictorum retri
butionibus quę in vita preſenti contra-
ximus. Vnde ſcriptum eſt: Vox domi-
ni intercidentis flammā ignis. Huiꝰ enī
elementi lux ad illuminandos deputa-
bitur iuſtos: Ardor autem proficiet ad
peccatores concremandos· hec Baſiliꝰ.
Et quod dicit de partitione qualitatuꝫ
ignis· intelligendū eſt de ceteris elemen-
tis. Naꝫ in cūctis ſeparabunt᷑ bonę qua-
litates a malis· vt bonę quidē electis ad
gloriam deſeruiant· malę vero· id eſt· no
ciuę reprobos affligant. Dicit autē Iſi-
dorꝰ in libro creaturarum. Q nec ſol nec
luna poſt iudicium ad occaſum ventura
ſunt· ſed in loco in quo creata ſunt ſine fi
ne permanebunt· ne ſcꝫ eorum claritate
fruantur damnati qui apud inferos erūt
Unde dicitur Abacbuc. iij. Sol ⁊ luna
ſteterunt in habitaculo ſuo. Et Eſa. lx.
Non occidet vltra ſol tuus· et luna tua
non minuetur. Eritqꝫ ſicut legitur ī eo-
dem. xxx: lux lunę ſicut lux ſolis· et lux ſo
lis ſeptempliciter ſicut lux ſeptē dierum·
Qđ exponens Haimo dicit: ꝙ cum de-
terminato iudicij examine cunctiſqꝫ re-
probis in inferno concluſis· dominꝰ Ie-
ſus cum corpore ſuo qđ omnes electi ſūt
in cęlum ſe ſuſtulerit· tunc ibi luna ſplen-
dorem ſolis mutabit· ſol vero ſeptempli-
citer qꝫ modo lucebit recepto ſplendore
quē homine peccāte amiſit· hec Haimo·
Sꝫ ƀm Hieronimū: Tāta tunc erit lux
ſolis quāta fuit in ſeptem primis diebus
ſcꝫ quando creatus eſt mundus. Nam
poſtea cuncta quę propter hominem fa-
cta ſunt in eius lapſu peiorata ſunt. An-
tea ſiquidem terra ſpinas et tribulos nō
proferebat· aer purior erat· et tam ſol qꝫ
luna maiori lumine fulgebāt. Vnde ad
Roma. viij. Omnis creatura ingemiſcit
⁊ parturit vſqꝫ adhuc· ſed ipſa liberabit᷑
a ſeruitute corruptionis in libertateꝫ glo
rię filiorum dei. Itaqꝫ ſol ⁊ luna an̄ diē
quidem iudicij patientur eclipſim: Iux̄
illud Ioel. ij. Sol enim vertetur in tene-
bras· ⁊ luna in ſanguinem anteqꝫ veniat
dies domini magnꝰ ⁊ horribilis. In ad-
uentu xp̄o iudicis obſcurari comparati-
ue dicuntur. In mundi autē innouatio-
ne· quoniā cęlum nouū et terra noua fu-
erit· eoꝝ claritas augmentabit᷑. Vn̄ dic̄
Iſidorꝰ ꝙ ſol tunc laboris ſui mercedem
recipiet. Non ergo amplius erit diei no-
ctiſqꝫ viciſſitudo· ſed vna dies continua
quę nota eſt domino· vt legitur Zach.
xiij. Qđ autē dicitur Eſa. xxx· Non erit
tibi amplius ſol ad lucendū· nec ſplēdor
lunę illuminabit te· ſubintelligit᷑ ad ne-
ceſſitatem· ſed tantū ad decorem. Hec de
renouatione viſibilis creaturę. ¶ Crea-
tura etiam cęleſtis ⁊ inuiſibilis renoua-
bitur dum ruina angeloꝝ ex ſanctis hoī-
bus repabitur· ƀm illud qđ in pſalmo de
Chriſto dicitur: Iudicabit in nationibꝫ
implebit ruinas. Vnde Augꝰ in Ench.
Superna inquit mater noſtra hieruſalē
nulla ciuiuꝫ ſuoꝝ numeroſitate frauda-
bitur· quin etiā fortaſſis vberiore copia
regnabit et lętabitur. Aiunt etiaꝫ docto
res noſtri ꝙ angeli ſancti et in ſcientia et

in merito proficiũt vſqꝫ ad diem iudicij
Vnde dicit apoſtolꝰ ad Eph.iij. ꝙ diſ-
penſatio ſacramenti a ſeculo in deo abſ-
conditi per eccleſiam innotuit princip-
bus ⁊ poteſtatibus in celeſti multitudine
ſapientie dei. Angelice quippe dignita-
tes vt dicit Hieronymus · exponens illũ
locum prefatum · myſterium non intelle-
xerunt adpurum · donec paſſio Chriſti
fuit completa · et apoſtoloꝝ predicatio
per gentes dilatata. Idem quoqꝫ Hie-
ronymus ſuper Eſa. libro .xvij · dicit: ꝙ
quedam poteſtates angelice Chriſtũ vi-
dentes cruentum in celum aſcendere · ce-
teris angelis impauere dicentes: Attolli-
te portas principes veſtras ⁊c. Et ab eiſ-
dẽ audiere · q̇s eſt iſte rex glie. In Eſaia
quoqꝫ interrogant angeli rei nouitate ꝑ-
culſi: quis iſte ſit qui de terra cruẽtus ad-
uenit. Myſterium enim paſſionis et re-
ſurrectionis ſm apoſtolum cunctiſ retro
generationibus fuerat ignoratum · hec
Hieronymus. Igitur ĩ illa generali glo-
rificatione ſanctorum accedet etiam an-
gelis ſanctis nouum gaudium · non ſolũ
ď numeri ſui repararatiõe · ac de ſancto-
rum hominum ſocietate · ſed etiaꝫ de ſui
plena remuneratione. Ex tunc enim non
erit locus proficiendi vel merẽdi · ſed tã-
tummodo recipiendi. Nec ideo putan-
dum ẽ illis nunc deeſſe beatitudinẽ · quia
premij ſui futuram expectant conſumma
tionem. Licet enim in eis ſuccedant om-
nia que optant habere · in futuro tñ om-
nia ſuccedant eis que optant habere mo
do. Nec illud deſiderium eos affligit di-
latione · ſed potius letificat expectatione
⁊ ideo beati ſunt. Itaqꝫ nec illos quidẽ
ſine nobis voluit deus in gloria conſum
mari · vt merito de ipſis quoqꝫ poſſimus
ei dicere: Me expectant iuſti donec re-
tribuas mihi. ¶ De iocunda vero
creaturarum inſpectione ſiue contempla
tione que fiet deo illuminante · dicit Au-
guſtinus ĩ libro de ciuitate dei. xxij. Re-
rum omniuꝫ ibi quãta q̄ꝫ ſpecioſa q̄ꝫ cer
ta erit ſcientia ſine errore aliquo vel labo
re · vbi vera ſapientia de ipſo ſuo fonte
potabitur cum ſumma felicitate ſine vlla
difficultate. Oculi quoqꝫ corporei ſuum
illic officium habebũt · et in loco ſuo erũt
vtriqꝫ illis ſpiritus per ſpirituale corpuſ
Deniqꝫ credibile eſt ſic nos viſuros eſſe
mundana tunc corpora celi noui ac terre
noue · vt deum vbiqꝫ preſentem ⁊ vniũ-
ſa etiam corporalia gubernantem ꝑ cor-
pora que geſtabimus et que conſpiciemꝰ
quacꝫ verſum oculos direxerimꝰ clariſſi
ma perſpicuitate videamus · non ſic nũc
inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intel
lecta per ſpeculum in enigmate ex parte
conſpiciuntur · vbi plus in nobis valet fi
des quã credimus q̄ꝫ corporalis ſpecies
quã per corporales oculos cernimꝰ. Sꝫ
ſicut homines inter q̇s viuentes motꝰ qꝫ
vitales exercentes viuimus · mox vt aſpi
cimus non credimus viuere ſed videmuſ
cum eorum vitam ſine corporibus vide-
re nequeamus · quã tñ in eis per corpora
remota omni ambiguitate conſpicimuſ:
ita quacũqꝫ illa corporuꝫ noſtrorum ſpi
ritualia lumina circumferemus · incorpo-
reuꝫ deũ omnia regentem · etiã per corpo
ra contuebimur. Ergo ſicut dictum ẽ ſu
pra: Deus ita nobis erit notus atqꝫ con
ſpicuuſ vt ſpiritu videatur a ſingulis no
bis in ſingulis nobis · videatur ab altero
in altero · videatur in ſeipſo · videatur in
celo nouo ac terra noua · ⁊ omni que tũc
fuerit creatura · videatur ⁊ per corpora in
omni corpore quocũqꝫ directi fuerit ocu
li corporales acie perueniente · omnia q̊ꝫ
membra ⁊ viſcera corporis glorificati ꝓ-
ficiẽt laudibus dei. Omnes ſiquidẽ illiꝰ
que nũc latet armonie corporalis nũeri
nõ latebunt naturaꝫ intrinſecꝰ ꝑ corpori
cuncta diſpoſiti · et cum ceteris rebꝰ que
ibi magne videbuntur ⁊ mirabiles ĩ tan
ti artificis laude rationabilis pulcritudi
nis delectatione ſuccendent rationales

mentes· hęc Auguſtinꝰ. Item Proſper
de vita contemplatiua libro .p̊. Tūc ita
patebunt ſingulorū ſingulis mentes· ſi-
cut corporalibus oculis ſubiacent facies
corporales: Ibi etiā oculos nihil creatu-
rę viſibilis latebit· ⁊ quocunq; ſpiritꝰ ire
voluerit · ibi corpus erit ſine mora tempo
ris aut impedimēto pōderis · hęc Pro-
ſper. ¶ **Porro de** diuinę iuſticię in re-
probos conſideratione· dicitur Eſa. in fi
ne. Egredientur ⁊ videbūt cadauera vi-
rorum· qui preuaricati ſunt in me · ⁊ erūt
vſq; ad ſacietatem viſionis omni carni·
Quod exponens Auguſtinus .xx. libro de
ciuitate dei· ſic dicit: Egredientur quidem
non per motum corporalem· ſed per ſciē-
tiam: Quid enim agatur intus in gau-
dio domini· damnati neſcient. Qui au-
tem erunt ī illo gaudio quid agatur fo-
ris ī tenebris exterioribus ſcient· Ea enī
etiam quę foris ab eis erunt· eos vtiq;
non latebunt· Hęc Auguſtinus. Et
erunt inquit reprobi vſq; ad ſacietatem
viſionis omni carni. Boni namq; ſicut
ibi dicit gloſa · videbūt eos a ſe iuſto dei
iudicio ſeparatos amiſſa pōtētia qua ſę-
uiebant contra illos· Videbunt etiā in
illos tantam dei vindictam vt maiorem
non expoſcāt· qui modo clamant: vſq; q̊
domine non vindicas ſanguinem noſtrū.
Satiabuntur quoq; gratias agētes de
beatitudine ſua viſa impiorum ineffabi-
li pęna· hęc gloſa. Unde colligitur q̄
triplici cauſa de illorum viſione ſatiabū-
tur· videlicet quia videbunt eos amiſſa
potentia priſtina a ſe ſeparatos · et quia
videbunt eos iuſto dei iudicio punitos·
et quia viſa illorum pęna magis eorum
comparatione gaudebunt de beatitu di
ne ſua· et maiores deo grās agēt. Pro-
pter hęc omnia dicit Pſ̄. Lętabitur iu-
ſtus cum viderit vindictam ⁊c. Et Ma-
lach. iiij. Egrediemini et ſalietis ſicut vi-
tulus de armento· ⁊ calcabitis impios cū
fuerint vt cinis ſub planta pedū veſtro-
rum. Itaq; ſicut dicit Gregorius· non
fuſcabit beatitudinem iuſtorum aſpecta
pęna reproborum· quoniam vbi iam cō-
paſſio miſerię non erit· beatorum lęticiā
minuere non valebit. Et ſi enim in natu-
rę ſuę bonitate miſericordiam habent· iā
tunc auctoris ſui iuſticię coniuncti tanta
rectitudine conſtringuntur· vt nulla ad
reprobos compaſſione moueātur· Et li-
cet iuſtis ſua gaudia ſufficiant· ad maio
rem tamen gloriam vident pęnas malo-
rum quas per gratiā euaſerūt· quia qui
dei claritatem vident· nihil in creatura
agitur quod videre non valeant· hęc Gre-
gorius. Tunc ergo ſicut dicit Proſper
vbi ſupra· filiorum · parentum· coniugū
miſeria· beatos contriſtare nō poterit· quia
nomina neceſſitudinum corporaliū· quę
hic noſtra fragilitas habuerit· illius bea
titudinis excellentia non admittit. De
hac etiam materia plenius dicetur infra.

## ¶ De quattuor alijs quę propria erunt hominibus electis.

## ¶ Cap. XV.

Alias vero quattuor ſpe
ciales gloriolas habebūt homi-
nes beati· quibus carebunt etiā
angeli ſācti· videlicet de ſtolę corporis ad-
eptione· de corporali dei viſione· de ipſi-
us contemplati ad contemplantes natu
rali ſimilitudine· de miſeriarū euaſione·
**Prima** igitur eſt ſtola corporis· de qua
iam dictum ſatis eſt ſupra. Angeli enim
vt puri ſpiritus · quia non habēt veſtem
carneam· nec habebunt corporis ſtolam·
ſed ſinguli tantum vnicā. De hominibꝰ
autem qui peregrinantes in hoc mundo
corpore ac ſpiritu deo ſeruierunt · dicitur
Eſa. lxj. q̄ in terra ſua duplicia poſſide-
bunt. **Secunda** eſt viſio dei corpa-
lis· qua ſcʒ videbunt deum humanatū
oculo corporis vt eius viſione reficiantur·
non ſolum interius ſed etiā exteriꝰ. Un

Hugo ĩ libro de anima ⁊ ſpiritu. Duo
inquit ĩ homine ſenſus noſcunt̃ eſſe· vnꝰ
interior· alius exterior· ⁊ vterqȝ donũ ſu-
um habet in quo reficitur. Senſus inte-
rior reficitur in contemplatione diuinita
tis· exterior in contemplatione humani-
tatis. Propter hoc enim deus homo fa-
ctus eſt· vt in ſe totum hominem beatifi-
caret · et tota hominis conuerſio eſſet ad
ipſum· totaqȝ dilectio curreret in ipſum·
cum et a ſenſu carnis videt̃ per carnem· ⁊
a ſenſu mentis per diuinitatis contẽpla-
tionem. Hoc erat totum hominis bonũ
vt ſiue ingrederetur ſiue egrederetur ĩ fa-
ctore ſuo paſcua inueniet· videlicet et fo·
ris in carne ſaluatoris· ⁊ intus in deitate
creatoris· hęc Hugo. Et hoc non habe-
bunt angeli· quia videbunt tantum ocu
lo ſpirituali. ¶ Tertia eſt ſimilitudo cõ
templantium et contemplati· quia ſcȝ vi-
debunt deum in natura ſibi ſili. Et ideo
illa viſio iocundiſſima erit homini· quo-
niam et omne animal diligit ſimile ſibi·
vt legitur Eccl.xiij. Unde Berñ. ſuper
Cantĩ. omel̃. xx. Plenum prorſus omni
ſuauitatis dulcedine videre hominẽ· ho
minis conditorem. Hoc etiam non habe
bunt illi ſpiritus beati· quia nõ videbũt
eum in natura angeli· iuxta illud Heb. ij
Nuſqȝ enim angelos apprehendit· ſed ſe-
men Abrahę apprehendit: vnde debuit
fratribus per omnia ſimilari. Peccantẽ
ſiquidem irremediabiliter deſeruit ange-
lum· et inuenta eſt iniquitas eius ad odi
um. Unde Hugo ĩ libro de arra animę
O anima inquit in omni creatura dile-
cta es· cum omnibus hoĩbꝫ dilecta es· et
vt tibi iuſte redderetur ſponſus ipſe tuꝰ
dignatus eſt pie pati qđ tolerabas. Nõ
ſi cogitare ceperis quot et quales in com
paratione tui abiecti ſunt· qui hanc quę
tibi data eſt gratiam conſequi nõ potue-
runt· Elegit ergo te in omnibus· ⁊ aſſum
pſit ex omnibus· et amauit pre omnibus
hęc Hugo. ¶ Quarta eſt miſeriarum
euaſio· de quarum recordatiõe magna erit
ſanctorum exultatio. Ut enim dicit Augꝰ
in libro confeſſionuȝ. viij. Ubiqȝ maius
gaudium maiore moleſtia precedit̃. Nã
⁊ maior eſt leticia poſt meſtitudinẽ· ⁊ dul
cior fit ſuauitas poſt egritudineȝ. Unde
ſicut dicit Hieroꝰ ſup Eſa. de reprobis·
ꝙ recordatio preteritarũ delitiarum erit
eis materia cruciatuũ. Ita veriſſime dici
poteſt de ſanctis ꝙ recordatio preceden-
tium malorum erit eis materia gaudiorũ
Iuxta illud Iob. xvj. Triſticia veſtra
vertetur ĩ gaudium. Unde Chryſo. ſu-
per Math. libro. p̊. Tũc inquit recorda-
tio tranſactorũ malorum nõ nocet· ſed etiã
delectat· ſicut econtra recordatio bonorum
non ſolum non adiuuat · ſed etiam gra-
uat: Ideo dicit Abraã illi diuiti q̃ndaȝ
epuloni: Fili recordare qr recepiſti ⁊c·
Nunc autem hic conſolatur ⁊c. Itaqȝ
ſicut dicit Auguſtinus de ciuitate dei li-
bro. xxij. erit illius ſupernę ciuitatis ⁊ in
omnibus vna ⁊ in ſingulis inſeparabilis
voluntas; libera ſcȝ ab omni malo libe-
rata· ⁊ omni bono impleta· fruẽs indefici
enter eternorum iocunditate gaudiorũ;
oblita culparum atqȝ penarum· nec ideo
tamẽ ſuę liberationis oblita ne liberatori
ſuo ſit ingrata. Sicut enim maloruȝ ſci-
entię duę ſunt· vna ſcȝ qua potẽtia men-
tis non latent· altera vero qua ſenſibꝫ ex-
perimẽtis inherent. Aliter quippe ſciunt̃
omnia vitia per ſapientię doctrinã· alter
vero per inſipientis peſſimam vitã. Sic
⁊ malorum obliuiones duę ſunt: Alter
enim ea obliuiſcitur eruditus· alter exper
tus. Iſte ſi peritiã negligat· ille ſi miſeria
careat. Hoc vltimo modo immemores
erunt ſancti preteritorum malorũ · quia
ita carebunt omnibus· vt penitus deleã-
tur de ſenſibus eorum. Ea tamẽ potẽtia
ſcientię quę magna in eis erit· non ſoluȝ
ſua preterita· verum etiam damnatoruȝ
eos ſempiterna miſeria nõ latebit. Alio-
quin ſi ſe miſeros fuiſſe neſcituri ſũt: quõ

iuxta Pſ. Miſericordias dñi in ęter-
num cantabunt: Quo vtiqꝫ cantico in
gloriam gratię Chriſti cuius ſanguine li
berati ſumus·nihil erit illi ciuitati iocun-
dius·hęc Auguſtinus. Eſt igitur hęc ſū-
ma dictoꝝ·ꝙ ſancti gaudebunt de eua-
ſione miſeriarum·tam in recordatiōe ma
lorum preteritoꝝ·q̄ꝫ in conſideratiōe p̄-
ſentiū ſupplicij reproboꝝ·Et illa recorda-
tio fiet cum quadaꝫ obliuione ſicut p̄di
ctum eſt. Unde ⁊ Hieronymꝰ ſup Eſa.
libro.xviij. Seruos inquit ſuos vocabit
nomine alio·in quo qui benedictus ē ſu-
per terram benedicetur in deo amen·et q̄
iurat in terra iurabit in deo amen·qꝛ ob
liuioni tradite ſūt anguſtię priores. Cau
ſa nāqꝫ lętitię ⁊ diuinę confeſſionis erit ī
cęlo·quia prioꝝ anguſtiaꝝ ęterna ſucce-
det obliuio. Obliuiſcēt enim p̄ſtina ma-
la non obliuione memorię·ẜ bonorū ſuc-
ceſſione·ſicut ecōtrario alibi dicitur·ꝙ af
flictio horę obliuionē facit luxurię maxi
mę·hęc Hieroꝰ. Et vt dicit Ambroſius
ſup Beati īmaculati. Lętabit iuſtus cū
viderit vindictā·gaudens vtiqꝫ nō ꝙ ipi
os puniri viderit·ẜ ꝙ ipſe euaſerit. Tūc
ergo ſicut Bern̄. dicit. Qꝛ nō ex operibus
iuſticię que fecimꝰ nos·ẜ ẜm ſuaꝫ miſeri-
cordiam ſaluos nos fecit·nec ſunt condi
gnę paſſiones huiꝰ tp̄is ad futurā gl'iam
que reuelabit in nobis·Nō ſūt vtiqꝫ cō
dignę tp̄ales paſſiones huiꝰ tp̄is·etiā ſi
vnus ſuſtineat oēs. Nec talia ſunt homi
num merita vt ꝓpter ea debeat ex iure vi-
ta ęterna·aut deus iniuriā eis aliquā fa-
ceret ſi non eam daret. Omnia nāqꝫ me-
rita ſunt dona dei·⁊ ſic homo ꝓpter ipſa
magis debitor eſt deo q̄ꝫ deus hoī·hęc il
le. Hoc etiā gaudio ſpeciali qđ habebūt
hoīes ſancti de miſeriaꝝ euaſiōe carebūt
angeli·vtpote miſeriaꝝ inexperti. Unde
beatꝰ Bern̄. ſup Cant. omel.lxviij. Eſt
inq̇t genus lętitię qđ cęli neſcierūt niſi p
filios eccleſię de quo ſcriptuꝫ eſt: Lętati
ſumus ꝓ diebꝰ q̄bus nos humiliaſti·an
nis q̄bus vidimus mala. Placet cunctis

ſecuritas·ẜ ei magis q̄ timuit·iocūda oī-
bus lux·ẜ euadente poteſtate tenebraruꝫ
iocūdior tranſiſſe de morte ad vitā·vitę
duplicat gratiā·ps mea hęc in cęleſti cō
uiuio·et ſeorſum ab his beatis ſpiritibꝰ·
Omne ſiquidē opus eoꝝ eſt laudare de-
um·ſed deeſt laudi ſi deſint qui dicant:
Trāſiuimꝰ ꝑ ignē ⁊ aquā ⁊ eduxiſti nos
ī refrigeriū·h̄ Bern̄. Nec ideo h̄ indu
co vt angelos cōpatiōe hominū deꝑmā
ſed vt cōmendem circa hoīes dei miſeri-
cordiam. Nam licet vt dicit Augꝰ. ſup
Iob.omel.lxxij. Maioris miſericordię
ſit lapſos repaſſe q̄ꝫ iuſtos creaſſe vel cō-
ſeruaſſe·maioris tn̄ laudis videt' eſſe ſem
per ſtetiſſe q̄ꝫ a lapſu reſurrexiſſe·p̄ſertim
qꝛ nunq̄ꝫ per ſe reſurgit homo ẜ exigentis
auxilio·ẜm illud Pſ. Recordatꝰ eſt qꝛ
caro ſum ſp̄us vadēs ⁊ nō rediēs. Et ẜm
Hieronymū: Meliꝰ eſt nūq̄ꝫ ęgrotaſſe·
q̄ꝫ poſt ęgritudinē ꝯualuiſſe. Hinc ⁊ Ful
gentius de myſterio mediatoris libro.iij
In hoc inquit aīabꝰ nr̄is q̄ꝫ maxime po-
tiores ſunt angeli·qꝛ ſicut a peccatis·ita
ſūt ⁊ a paſſionibꝰ alieni. Nō etiā ſe re-
cte colentibꝰ ꝓmittit dn̄s dicēs: erunt ſi-
cut angeli dei. Itaqꝫ de ſua reꝑatione ſe
extollere·hoc eſt gl'ari de infirmitate. Un̄
Augꝰ·ſup Iob·omel.xx. Nō deſunt ait
qui nos p̄ferant etiā angelis·qꝛ nō ꝓ an-
gelis inquiūt mortuꝰ eſt Chriſtꝰ·ẜ ꝓ no-
bis·ſed q̇d eſt aliud hoc dicere q̄ꝫ de impi
etate gloriari velle. Chriſtꝰ eni ꝓ impijs
mortuꝰ eſt ẜm aplum·in q̊ dei miſericor-
dia cōmendat' nō meritū noſtꝝ. Nā q̄le
eſt ideo queq̄ꝫ ſe velle laudari·qꝛ vitio
ſuo tam deteſtabiliter ęgrotauit vt non
poſſet aliter q̄ꝫ medici morte ſanari. Non
eſt hęc noſtroꝝ gl'ia meritoꝝ ẜ medicina
morboꝝ·hęc Augꝰ. Ceteꝝ licet hoīes ſan
cti hic legitime certātes poſt finē victorię
ſint angelis parificādi·ẜm illud Math.
xxij. Erūt ſicut angeli dei ī cęlo·nō tamē
gloriari debent ſub belli dubio·ẜm illud
iij. Reg.xx. Ne glorietur accinctꝰ ęque vt
diſcinctꝰ. Et Iob.xl. Memēto belli nec

vltra addas loq̄. Siquidē vniuerſaliter angeli iā beati meliores ſunt in plibꝰ hoī-bus adhuc degentibꝰ vita mortali. Vñ dñs de Johe baptiſta loquēs Mat. xj. dicit: Qui minor eſt in regno celoꝝ maior eſt illo. qđ exponēs Hieroꝰ ita dicit: Hīs ſanctꝰ qui iā eſt cū deo maior ē illo: qui adhuc eſt in ꝓlio. Aliud enī eſt coronā victorie poſſidere. aliud adhuc ī acie dimicare. Quidā etiā nouiſſimū angelū dño miniſtrantē in celis meliorē volunt accipere quolibet hoīe ſancto q̄ verſat' in terris. hec Hieroꝰ. Et reuera meliores ſunt angeli non ſolum ꝑ ſtatu immortalitatis. ſed etiā pro felicitate fruitionis et ardore charitatis. Unde Dionyſius in libro. ꝑ. de ſpūſancto. Honorabiliores inq̄t et multo meliores liquido ꝯſtat angelos eſſe hominibꝰ ꝑ germaniorē vt ita dicam ⁊ pleniorē trinitatis aſſumptionē

Sciendū quoqꝫ ꝙ illa leticia de qua dicit Ps. Letabit' iuſtꝰ cū viderit vindictam: ſcđm q̄d erit ꝓpria ſanctis hoībꝰ glificatis. ſm q̄d aūt hoībꝰ angeliſqꝫ cōmunis. Nā hoībꝰ ſanctis erit ꝓpria q̄ntū ad ꝯſiderationē euaſiōis pene quā illos tolerare ſeqꝫ ab illa ꝑ dei miſericordiam liberatos eſſe videbūt. ⁊ inde grās agentes deū laudabūt. Oībꝰ aūt cōis q̄ntum ad ꝯſiderationē diuine iuſticie. cui videlicet oēs parit' cōgaudebūt. ⁊ inde q̄ꝫ deum glorificabūt. Ipſa q̄ꝫ reproboꝝ dānatio nō modicū augebit pulcritudinē in vniuerſo. Nā illa quidē inferior mūdi ps vbi eſt infernꝰ ī obſcuritate ſua remanebit. q2 ſupior lux vt dictū eſt ſupiꝰ electis deſeruiēſ nūq̄ꝫ illuc appropinquabit Nec tñ ꝓpter hoc etiā illa ps ad ornatū non pertinebit mundi. qm̄ vt ait Augꝰ dānatoꝝ aīe etiā meliores ſunt omnibꝰ corpibus ordine naturali. Sicut ḡ celū ſideribꝰ. ſic ⁊ illa ps inferior dānatis ornabit' angelis ⁊ hoībꝰ. Habebūt enī etiā in inferno duo ī ſeipſis laudabilia ⁊ pulcra. nō a ſe ſed a deo. ſ. naturā bonā ⁊ iuſtā penam. Preterea ſicut dic' Augꝰ. de ciui. dei li. xj. Cōtrarioꝝ oppoſitiōe cōtexitur vniūſi pulcritudo. iuxta illud Eccl. xxxiij. Cōtra malū bonū. et cōtra vitam mors. et cōtra iuſtū peccator. ſic intuere in oīa opa altiſſimi. duo ꝯ duo. vnū cōtra vnū. Vt ḡ dic' idē Augꝰ. Sic multiformis pictura cū colore nigro bñ ordinato. ſic vniūſitas reꝝ ſi q̄s intueri poſſit etiā cū ſiniſtra pte pfecta ⁊ pulcra ē. licet illā ꝑ ſe cōſideratā ſua deformitas turpet Vñ idē Augꝰ ſup Gen. li. iij. Ea q̄ peccādo decꝰ ꝓpriū amittūt. nullo modo vt nō etiā ipſa recte ordinata cū vniūſo bona ſint efficiūt. Itaqꝫ cū ceteri oībꝰ etiam peccator eſt bonꝰ. Deꝰ enī eſt naturarū optimꝰ cōditor. peccātiū x̄o iuſtiſſimus ordinator. vt etiā ſi q̄ ſigillatim delinq̄ndo fiūt deformia. tñ cū eis vniūſitas ſit pulcra. hec Augꝰ. His ḡ rationibꝰ ſic ps ſupior gl'ioſa et pulcra erit ſua claritate. ſic et īferior recte ſapiēterqꝫ diſpoſita mūdū ornabit in ſua obſcuritate. Deniqꝫ nō ſolū in electis. ſ etiā in reprobis ⁊ dānatis. apparebit dei potētia ⁊ bonitas et ſapīa miris q̄buſdā modiſ. Potētia. ſ. ī puniēdo. bonitas ī deſerēdo. ſapīa in diſponēdo. De pmo dī Ezech. xx. In manu forti et brachio extēto. et ī furore effuſo regnabo ſup vos. Et ad Heb. x. Horrendū eſt incidere ī manꝰ dei viuētꝭ. De ſecūdo dī Oſee. ix. Ve eiſ cū receſſero ab eis. Vt. n. ait Augꝰ. In h' apparet q̄ꝫtū deꝰ bonꝰ eſt. q2 nulli ab ipſo recedēti bñ eſt. Vñ dī Hiere. ij. Scito ⁊ vide quia malū et amaꝝ ē reliq̄ſſe te deū tuū. et nō eſſe timorē eiꝰ apud te. De tertio patet ꝙ ſapiētiꝰ eſt de malo elicere bonū. q̄ꝫ de bono bonū. Sic aūt diſponit et ordinat deꝰ illoꝝ maliciā vt eā torq̄at ad ſuam ⁊ electoꝝ gl'iam. Nā x̄bi grā. vt ī hac vita mali ꝑ ipſam maliciā ſunt bonis ad exercitium. ſm illud ꝓuerbiū: Stultꝰ ſeruiet ſapiēti. ſ. ipſū ꝓſequēdo. ac ꝑ h' in eo virtutē exercēdo. Vñ Greg. ī moral'. Abel inquit eſſe renuit quē Chaim malicia nō exercet. Hinc et ap's ad Gal. iiij. Quō

tunc qui ſm carnē nat⁹ perſequebat͛ eum
qui ſm ſpiritum·ita ⁊ nunc. Sunt etiaꝫ
illis ad purgatorium ſm illud Auguſti-
ni·que flagelluꝫ grano·⁊ lima ferro·hec
fac̄ peccatori iuſto. Sūt ⁊ ad timoris exē-
plum·iuxta illud Prouerb.xxj. Mul-
ctato peſtilente ſapientior erit paruulus·
Unde ⁊ de diabolo dicit͛ Job.xlj. Cuꝫ
ſublatus fuerit·timebunt angeli·⁊ territi
purgabunt͛. In futuro quoqꝫ ſimili-
ter cooperabūtur electis ad gloriā tripl͛r
Primo ſcꝫ ꝙ ad laudem diuine iuſti-
cie·cui ſꝫ vt dictum eſt congratulabuntur·
ita vt nulla erga illos compaſſione moue
antur· ſm illud Luce.xvj. Inter nos et
vos chaos magnū firmatum eſt ⁊c. Hic
⁊ Johannes Apocal͛.xix. Judicata iam
illa meretrice magna·per quaꝫ figuratur
reproborum congregatio: Poſt hoc in-
quit audiui vocem magnam in celo dicē
tiū alleluia·ſalus ⁊ gloria ⁊ virtus deo
noſtro: quia vera ⁊ iuſta ſunt eius indi-
cia·qui iudicauit de meretrice magna·q̄
corrupit terram proſtitutione ſua. Se-
cundo quantum ad gratiarū actionem·
et diuine miſericordie laudem. Maiores
enim gratias agēt liberatori ſuo·et ei for
tiori vinculo dilectionis adherebūt·qn̄
ſe non filios ire·non tam ſuis meritis q̄ꝫ
eius miſericordia liberatos ab hmōi pe-
nis videbunt ⁊ dicēt: Miſericordias do
mini in eternū cantabo· Et illud q̄d ſcri-
ptum eſt alibi: Non fecit taliter oī nati-
oni. Unde vox eſt toti⁹ eccleſie·quo ad
electos: Miſericordiā ⁊ iudiciū cantabo
tibi domine·miſericordiā·ſ·quo ad nos·
⁊ iudicium quo ad reprobos. De his om
nibus dicit Greg⁹.in dialogo libro.iiij.
Iniqui licet ꝓ iniq̄tate ſua puniti·tamē
ad aliquid ardebunt·ſ·vt iuſti ⁊ in bea-
tis videant gaudia que percipiūt·⁊ in il
lis reſpiciunt ſupplicia q̄ euaſerunt. Nec
vlla erga eos compaſſione mouentur·qꝛ
ſic eorum mentes ꝑ hoc ꝙ iuſtiſſimo iu-
dici inherēt·ius diſtrictionis abſorbet·

vt eis non libeat quicquid ab illius regu
le ſubtilitate diſcordat·hec. Gregorius·
Tertio quantum ad euidentiorem glo-
rie ſue manifeſtationem pro ipſorum re-
proborum comparatione. Ex ipſa ſiqui-
dem comparatione illorum euidenti⁹ ap-
parebit electorum gloria·quia magꝭ elu-
ceſcunt oppoſita iuxta ſe poſita·vt ple-
rūqꝫ accidit vt aliqua pulcra mulier ve-
tulam ſecum deformem accipiat ſꝫ vt ex ei⁹
comparatione pulcrior appareat. Sic et̄
Chriſtus voluit oſtendere gloriam ⁊ de-
corem ſponſe ſue in patria comparatiōe
ſponſe diaboli que eſt malorum eccleſia·
Unde ad Eph.v. Semetipſum tradi-
dit ꝓ ea vt illā ſanctificaret mūdās laua-
cro aque in verbo vite·vt exhiberet ipſe
ſibi glorioſam eccleſiā non habentē ma-
culam aut rugam aut aliquod eiuſmodi
Sicut legitur Heſter.ꝑ. Precepit rex
Aſuerus vt introducerent reginam va-
ſthi coram rege poſito ſuper caput eius
diademate·vt oſtenderet cunctis popu-
lis et principibus illius pulcritudinem·
Propter hec omnia ſicut legit͛ ad Ro-
ma.ix. Suſtinuit deus in multa patien-
tia vaſa ire apta in interituꝫ: vt oſtende-
ret diuitias glorie ſue in vaſa miſericor-
die que preparauit et in gloriaꝫ. Si au-
tem queritur cur de tanta maſſa taꝫ pau-
ci in ſalutem reperiantur·quia ſicut legit͛
Math.xx. Multi ſunt vocati·pauci vo
electi: Reſpondet Auguſtinus ꝙ hinc
precipue apparebit electis q̄ꝫ gratuita et
q̄ꝫ indebita miſericordia liberati fuerint
quando quidem videbunt ſe paucos de
tanta multitudine a debitis ſuppliciis li-
beratos·iux̄ illud Amos.iiij. Facti eſtis
q̄ſi torris rapt⁹ de incendio. Itaqꝫ ſicut
dic̄ Aug⁹ in li.de ci.dei li.xxj. Ita diſper
titū eſt hūanū gen⁹ diſponēte deo vt in
q̄buſdā demōſtret͛ q̄d valeat miſericors
gratia. In ceteris aūt q̄d iuſta vindicta
in qua propterea plures ſunt q̄ꝫ in illa vt
ſic oſtendatur quid omnibus deberetur

qđ ſi omnibus redderetur · in nullo iudi-
cantis iuſticia reprehenderetur · hec ille ·
Cum ergo ſancti coniuncti erūt deo qđ
nunc offendit eos in parte · tunc placebit
in vniuerſo. Vt enim dicit idem Augu-
ſtinus in Enchiridion. Ex oībus ꝯſiſtit
admirabilis vniuerſitatꝭ pulcritudo · ita
ꝙ etiam bene ordinatū ⁊ ſuo loco poſi-
tum eminentius · bona commēdat illud
qđ malum dicit̄ · vt magis placeāt ⁊ lau-
dabiliora ſint dum malis comparantur.
Nunc autem vt idem dicit in libro de or-
dine. p̄. Homines qui vniuerſam rerum
comparationem atqꝫ contentū imbecilla
mente complecti ⁊ conſiderare nō valent
ſi quid eos in parte offenderit · magnam
rebus infelicitatem ineſſe putant · Cuius
rei cauſaꝫ ipſemet tangit ī muſica ſua li.
vj. dicēs: In rebus mūdi multa nobis ī-
ordinata ⁊ perturbata videntur · quoni-
am eorum ordini pro noſtris meritis aſ-
ſueti ſumuſ. Quemadmodum ſi quis in
ampliſſimarum ⁊ pulcerrimarum edium
nunc in aliquo angulo tanqꝫ ſtatua col-
locetur · pulcritudinem illiꝰ fabrice ſentire
non poterit cuius ipſe pars erit: Nec to-
tius exercitus ordinem miles in acie po-
teſt intueri · Amor quidem inferioris pul-
critudinis animaꝫ polluit · que cum ī infi-
mis etiam ordinem diligat · ipſa ordineꝫ
ſuum amiſit · non tamen ordinem rerum
exceſſit. Aliud enim eſt ordinem tenere · ⁊
aliud teneri ordine · hec Auguſtinꝰ. De-
niqꝫ ſicut idem dicit ſuper Gen̄. contra
manicheos. Omnis pulcritudo que par-
tibus conſtat · multo laudabilior eſt ī to-
to qꝫ in parte · Tanta enim eſt vis ac po-
tentia integritatis vt etiā q̄ multa per ſe
ſingula bona ſunt · tunc magis placeant
cum in vnum aliquid conueniunt atqꝫ
concurrunt. Qđ ſi manichei conſidera-
rent vniuerſitatis auctorem laudarent · ⁊
qđ eos propter mortalitatis noſtre cōdi-
tionem in parte offendit ad vniuerſi pul
critudinem redigerēt · eo ꝙ omnia deus
non ſolum bona ſed etiam valde bona fe
cerit · hec ille. De hoc etiam Gregorius
naçançenus dicit in ſermōe de natali do-
mini. Laudabiliſ quidem eſt mundus ꝑ
ſingulis quibuſqꝫ ſpeciebus · ſꝫ multo lau
dabilior ex armonia omniū et compage
vniuerſorum · in quo ſumma ⁊ ſtupenda
ex contrarietate concordia · dum inter ſe
inuicem diuerſa ſunt · et cum ſingulis cū-
cta conueniunt · ⁊ ad vnius mundi perfe-
ctionem cuꝫ vniuerſis cūcta concordāt ·
hec ille. Itaqꝫ de reprobis etiā que ma-
xime videntur vniuerſi pulcritudinē de-
turpare vel ordinem perturbare · dc̄ Au-
guſtinus libro confeſſionum. ij. Tu do-
mine iniquos etiam a te fugientes cernis
⁊ vmbras diſtinguis · et ecce omnia cum
eis pulcra ſunt · ſed ipſi turpes ſunt. Ni-
hil ergo tibi nocuerunt · aut imperiuꝫ tu-
um vbiqꝫ iuſtum ⁊ integrum ī aliquo de-
honeſtauerūt · hec Auguſtinꝰ. Proinde
ſicut idem dicit · in libro de ciuitate dei.
xiiij. Peccatores ⁊ angeli ⁊ homines ni-
hil agunt quo impediuntur magna ope-
ra domini exquiſita in omnes volunta-
tes eius · quia qui ꝓuidenter atqꝫ omni-
potenter ſua cuiqꝫ diſtribuit · non ſolum
bonis ſed etiam malis bn̄ vti nouit · hec
ille. Cum igitur peccatoribus iuſto dei
iudicio in pena ordinatis ſancti deo pe-
nitus adherentes ſupra rerum ordinem
erunt · tunc vniuerſitatiſ ordinem tanq̄m
de ſublimi conſpicientes · omnia rectiſſi-
me ordinata videbunt. Et quod nūc q̄-
buſdam de iudicio peccatorū in deo du-
rum ac crudele videt̄ · tunc non ſolum re-
ctum ac bonum · ſed etiam ſuaue ac dele-
ctabile ſāctis liquido manifeſtabit̄. Di-
uina quippe ſapientia que vincit malici-
am · attingit a fine vſqꝫ ad finem fortiter
⁊ diſponit omnia ſuauiter. Hec de leti-
cia ſanctorum in cōſideratiōe dānatorū

**Deniqꝫ quattuor** illa ſpecialia gau-
dia que ſoli habebunt hōies ſancti · licet
in veritate ſint magna · tn̄ compatiōe illiꝰ

gaudij quod erit de fruitione veritatis
quę communis erit omnibus angelis et
hominibus · minima ſunt ⁊ prope nulla
niſi inquãtum procedunt aut reſultãt ex
illa. Nam in illo ſolo ⁊ ſummo gaudio
proprie conſiſtit perfecta beatitudo. Un
de Auguſtinus in libro de queſtionibus
euangeliorum: Omnia inquit poſſũt di-
ci de illa ineffabili perfruitione veritatis ·
⁊ tanto magis omnia dici poſſunt · q̃nto
minus digne aliquid dici poteſt. Nam ⁊
dux eſt illuminatorum · ⁊ requies exercita
torum · ⁊ patria reſidentium · ⁊ eſca indi-
gentiũ · ⁊ corona vincentium · ⁊ quęcũq;
bona temperaliter tranſeuntia per crea-
turę partes · error appetit infidelium · in
mora in ęternum manentia · in creatore
omnium ſimul inuentura eſt pietas filio-
rum · hęc Auguſtinus. Itaq; ſicut idem
dicit in libro de ciuitate dei. v. Non erit
ibi magna induſtria ditare publicũ ęra-
rium priuatis rebus anguſtiſ vbi theſau
rus communis eſt veritatis. Et hęc ad
pręſens de gloria ſanctorum pręſenti et
et futura ſufficiant.

## De pręlibatione ⁊ expectatiõe illius ęternę fęlicitatis. Cap. XVI

NOs itaq; duz ab illa cę-
leſti patria exules ĩ hoc ergaſtu-
lo corporis · et ĩ hac valle lachry
marum a domino peregrinamur pręſen-
tis vitę labores atq; miſerias illius fęlici-
tatis pręlibatione ⁊ expectatione prout
vnicuiq; data eſt a domino gratia · ſub-
leuemus ⁊ conſolemur. Iuxta illud apo
ſtoli ad Roma. xij. Spe gaudentes ⁊ in
tribulatione patientes · necnon ⁊ ab hu-
ius ſęculi vanis proſperitatibus eodẽ in-
tuitu nos temperemus · ſm illud qđ ad
Euſtochium ſcribit Hieronym⁹. Egre-
dere inquit pauliſper de carcere corporis
tui · et pręſentis laboris mercedem ante
oculos tuos pinge · quã oculus nõ vidit
nec auris audiuit nec in cor hominis aſcẽ
dit: Quotiẽs vana ſęculi te delectat am
bitio · quotiens ibi videris aliquẽ glorio-
ſum ſic ad paradiſum mentem tranſgre-
dere · ⁊ eẽ incipe qđ futura es · hęc Hiero
nymus. Et recte dicit · eſſe incipe · quoniã
vt dicit beatus Ceſarius: Vitam illam
beatam facilius eſt conſequi q̃ꝫ enarrare.
Et hoc eſt vt dicit Anſelmus in proſlo-
gion · vnum illud neceſſarium in quo eſt
omne bonum · imo quo omne et vnum et
totum ⁊ ſummum bonum: Excita inquit
in me anima mea · et erige totum intelle-
ctum tuum ⁊ cogita q̃ntũ potes · quale et
q̃ntum ſit illud bonum: Si enim ſingula
bona delectabilia ſunt · cogita intente q̃ꝫ
delectabile ſit illud bonum qđ continet
iocunditatem omnium bonorum: et non
qualem in rebus creatis ſumus experti · ſꝫ
tanto differentez quanto differt creator
a creatura. O qui hoc bono fruetur quid
illi erit · et quid illi non erit · ecce quicq̃d
volet erit ⁊ quicquid nolet non erit. Cur
ergo per multa vagaris homuncio querẽ
do bona animę tuę et corporis tui? Ama
vnum bonum in quo ſunt omnia bona ·
⁊ ſufficit. Quid enim amas anima mea ·
quid deſideras caro mea? ibi eſt quicq̃d
amatis quicquid deſideratis. Si dele-
ctat pulcritudo · fulgebunt iuſti ſicut ſol
Si velocitas aut fortitudo aut libertas
corporis · tibi nihil obſiſtere poſſit · erunt
ſimiles angelis dei. Si longa et ſalubris
vita · ibi eſt ſana ęternitas ⁊ ęterna ſani-
tas. Si ſatietas · ſatiabimur cuz apparu-
erit gloria domini. Si ebrietas · inebria-
buntur ab vbertate domus dei. Si me-
lodia · ibi concinunt angelorũ chori. Si
ſapientia · ipſa ſeipſaz oſtendet eis ſapi-
entia dei. Si amicicia · diligent deũ pluſ
q̃ꝫ ſeipſos · et inuicem tanquã ſeipſos · et
deus illos plus q̃ꝫ illa ſeipſos · quia illi il
lum ⁊ ſe inuicẽ per illũ · ⁊ ille ſe ⁊ ipſos per
ſeipſũ. Si poteſtaſ · omnipotentes erunt

voluntatis ſuę ſicut ⁊ deus ſuę. Nam ſi-
cut poterit deus qđ volet per ſeipſum· ita
poterunt illi qđ volent per illum. Si bo-
nor ⁊ diuitię· deus ſeruos ſuos bonos et
fideles ſupra multa conſtituit heredes
quidem dei· coheredes autẽ Chriſti. Si
vera ſecuritas· certi erunt· nunq̃ ⁊ nulla-
tenus iſta vel potius iſtud bonuꝫ ſibi de-
futurum. Gaudium vero quale vel q̃n-
tum eſt vbi tale ⁊ tantũ bonum eſt: Cor
humanum· cor indigens· cor expertum
erumnas· imo obrutum· erumnis q̃ntuꝫ
gauderes ſi ſupradictis omnibus abun-
dares? Interroga intima tua ſi cape poſ
ſunt gaudium ſuum de tanta beatitu-
dine ſua. Sed certe ſi ille quem omni-
no ſicut teipſum diligeres eandem beati-
tudinem haberet· duplicaretur gaudi-
um tuuꝫ· quia non minus gauderes pro
eo q̃ pro teipſo. Si autem duo vel tres
vel m̃lto plures idipſũ haberẽt· tantũ de
ſingulis quãtum pro teipſo gauderes· ſi
ſingulos ſicut temetipſum amares· hec
Anſelmus. Illic vtiq̃ ſicut dicit beatus
Effrem in libro de reſurrectione· nobis
demonſtrabit Chriſtus omnem gloriaꝫ
patris ⁊ angelorũ ſanctoꝝ officia· tũcq̃
cantabimus ⁊ dicemus: quia mirabilis
deus in ſanctis ſuis. Ibi enim vt dic̃ Au-
guſtin⁹ ſuper Ioh. ſermone. lxvij. erunt
⁊ premiorum gradus· ſicut ait ipſe domi-
nus: In domo patris mei manſiões mul-
tę ſunt. Nam ille quidem denari⁹ ęqua-
lis eſt omnibus· ſed multę manſiones di-
uerſos meritorum in vna vita ęterna ſi-
gnificãt ordines: Alia ſiquidem eſt clari-
tas ſolis· alia lunę· alia ſtellarum. Stel-
la namq̃ a ſtella differt in claritate. Si
ergo deus erit omnia in omnibus· vt qđ
deus charitas eſt per charitatem fiat· vt
qđ habent ſinguli cõmune ſit omnibus:
Non erit igitur aliqua inuidia imparis
claritatis· quia regnabit in omnib⁹ vni-
tas charitatis· hec Auguſtinus. Idem ĩ
ſermone. cxj. Quis autem inquit ẽ ido-
neus loca iſta· vel quę ſunt in locis iſtis
ſine ſpacijs et molibus corporeis cogita-
re? Non parum tamẽ perficitur ſi ſaltem
quicquid tale oculis cordis occurrit re-
ſpuitur ⁊ improbatur· vt lux quędam in
qua iſta neganda et reſpuenda cernun-
tur· ſicut potuerit cogitatur· ⁊ q̃ ſit certa
cognoſcitur ⁊ amatur· vt inde ſurgatur
atq̃ ad interiora tendatur· quę cum pe-
netrare mens inualida ⁊ min⁹ q̃ illa ſũt
pura nequiuerit· non ſine amoris gemitu
⁊ deſiderij lachrymis inde pellat̃ ⁊ patiẽ-
ter ferat q̃diu ferre mãdat̃· atq̃ vt illic
habitare valeat ſanctis moribus prępa-
ratur· hec Auguſtinus. De hoc etiam di-
cit beatus Bernardus ſicut dictum ẽ ſu-
perius: O regio ſublimis· plena delitiaꝝ
de valle lachrymarũ ſuſpiro ad te. Cur-
re igit̃ anima ſpiritualib⁹ oculis deſide-
riorum regionem iſtam videre· regeꝫ glo-
rię ſtipatum legionibus angelorum ſan-
ctorum· ⁊ agminibus ornatũ· ⁊ dic: Be-
ati qui habitant in domo tua domine· in
ſęculum ſęculi laudabũt te· hęc ille. Idẽ
ad Eugeniũ libro. v. Ecce inquit affect⁹
noſtri iacẽt p̃grauati corporea mole· ⁊ hę-
rentibus luto deſiderijs ſola interim ari-
da tenuiſq̃ cogitatio p̃uolat· et tamen
ex tantillo qđ iam datur libet exclama-
re: Domine dilexi decorem domus tuę ⁊
locum habitationis glorię tuę. ¶ Pa-
tet igitur q̃ illius interni gaudij pręſtat
deus arram animę ſanctę nonnullã etiã
in pręſenti. Unde ſcribit Hugo de ſan-
cto victore libro de arra animę: Ad quã
videlicet arram pertinet illud centuplum
qđ p̃mittit dominus in euangelio relin-
quentibus mundũ. Ad hoc enim vt dicit
beatus Bernardus pertinent primitię
ſpũs: charitatis delitię· gloria conſciẽtię
regnum dei quod intra nos ẽ· non vtiq̃
eſca vel potus· ſꝫ iuſticia et pax ⁊ gaudiũ
ĩ ſpiritu ſancto· nõ ſolũ ſpe glię ſꝫ etiã ĩ tri-
bulatiõib⁹. Hec ẽ virt⁹ ex alto q̃ Andreã
fecit amplecti crucem· Laurentiũ ridere
carnificẽ. Stephanũ p̃ lapidãtib⁹ genua
flectere ad orationem. De his omnibus

dic̄ Pſ̄. loquẽs de viro iuſto: Dñe ꝓue
niſti eũ ĩ bñdictiõib9 dulcedinis. Hic be
atus Laurenti9 ꝓfata luce iteri9 illuſtra
tus ĩ tribulatiõe cõſtitut9 ait: Mea nox
obſcuꝝ nõ habet· ſ3 oĩa in luce clareſcunt
Et beatus Vincentius: Ecce inquit ia3
in ſublime agoꝛ· et omnia toꝛmenta tua
ſeculo altioꝛ tyranne deſpicio. Hinc et
Hugo in libꝛo pꝛenominato: Quid eſt
inquit illud dulce qđ in eius recoꝛdatio-
ne aliquãdo me tangere ſolet· et tam ve-
hementer atq3 ſuauiter afficere· vt ia3 to
tus quodãmodo a memetipſo alienari
7 neſcio quo abſtrahi incipiam· exhila-
rat9 conſcientia· in obliuionem venit om-
nis pꝛeteritoꝝ maloꝛum memoꝛia· coꝛ il-
luminatur· deſideria iocundantur. Iãq3
alibi neſcio vbi me eſſe video· et quaſi q̇-
buſda3 amplexibus amoꝛis intus teneo·
7 neſcio quid illud ſit· 7 tamen illud ſem
per retinere 7 nunq̃3 perdere toto niſu la-
boꝛo· luctatur quodãmodo debiliter ani
mus ne recedat qđ ſemper amplecti deſi-
derat. Et quaſi in illo omniũ deſiderio-
rum finẽ inueniens ineffabiliter exultat
nihil amplius querens· ſemper ſic eſſe vo
lens: O anima mea vere ille eſt dilectus
tuus qui venit vt tangat te· non vt vi-
deatur a te: Venit vt non totum fũdat
ſe· ſed vt guſtando pꝛebeat ſe· non vt im-
pleat deſiderium ſed vt trahat affectum
Primitias quaſdam poꝛrigit ſue dile-
ctionis· non plenitudine3 exhibet ꝑfecte
ſocietatis. Et hoc eſt qđ maxime ad arrã
deſponſationis tue pertinet· ꝙ ille qui ĩ
futuro ſe tibi videndum 7 perpetuo poſſi
dendum dabit· nunc aliquãdo vt q̃3 dul
cis ſit agnoſcas ſe tibi ad guſtandum ꝓ-
bet· ſimul vt etiam interim de abſentia ei9
conſoleris· quãdo eius viſitatiõe ne de-
ficias inceſſanter reficeri· hec Hugo. Si-
cut enim dicit beatus Bernardus ſuper
Cantꝗ. omel. xxij. Licet ſuauis dñs vni-
uerſis· maxime tamen domeſticis. Et q̃n
to quis ei pro vite meritis· 7 puritate mẽ-
tis appꝛopinquat· tanto vnctionis ſuaui

oꝛis ſentit fragrantiam. Poꝛro in hui9-
modi non capit intelligentia niſi q̃ntum
attingit experiẽtia· hec ille. Idem ĩ. xxxv.
Anima q̃ ſemel a domino didicit 7 acce-
pit intrare ad ſemetipſam· 7 in intimis ſu
is dei ſuſpirare pꝛeſentiam· talis neſcio
an vel ipſam gehennam ad tempus expe
riri hoꝛribilius penali9 ve ducat· q̃3 poſt
ſpiritualis huius ſtudij guſtatam ſemel
ſuauitatem exire denuo ad illecebꝛas vel
potius moleſtias carnis ſenſuum et in-
explebilem repetere curioſitatem· Terri-
bilis proinde nimis eſt illa comminatio·
egredere· 7 abi poſt veſtigia gregum· qđ
eſt indignã te nouerĳ illa tua familiari et
ſuaui diuinoꝛum contemplatione· q̃3ob
rẽ egredere de ſanctuario meo coꝛde tuo
7 magis tanq̃3 vna de ſecularibus paſcẽ-
dis 7 oblectandis tue carnis ſenſibus in-
tricare. Exitus aquarum deducant ocu-
li mei ſuper huiuſmodi animam· que cũ
nutriretur in croceis· amplexatur ſterco-
ra. Pauit enim ſterilẽ et que non parit·
7 vidue non benefecit· hec Bernardus·
Hinc et Auguſtinus libꝛo confeſſionum
vij. Ego quidem admonitus ad memet-
ipſũ ĩtraui ĩ intima mea duce te. Et vidi
qualicunq3 oculo anime mee ſupꝛa eun-
dem oculum lucem incõmutabilẽ. Qui
nouit veritatem nouit eam· 7 qui nouit
eam nouit eternitatem. O eterna veritaſ
7 ꝟa charitas et chara eternitas· tibi ſuſ
piro die ac nocte. Et cum te pꝛimum co-
gnoui tu aſſumpſiſti me vt viderem om-
ne qđ viderem· 7 nudu3 me eſſe viderem
Et reuerberaſti infirmitatem aſpect9 mei
radians in me vehementer· et contremui
hoꝛroꝛe 7 amoꝛe· 7 inueni me longe eſſe in
regione diſſimilitudinis. Idem libꝛo. x.
Ecce inquit domine guſtaui 7 eſurio· fra
graſti et tibi anhelo· donec reficiatur de-
fectus meus· ac perficiatur vſq3 in pace3
illam quã neſcit arrogantis oculus. Tu
enim es lux permanens· quam de omni-
bus conſulo· 7 docentem ac iubentem au
dio· 7 ſepe illud facio· ſ3 me delectat 7 ab

actionibus nocturnis quantum relaxari poſſum ad illam voluptatẽ refugio. Nec in his omnibus que percurro conſulens te inuenio tutum anime mee locum niſi i te quo colligãt̃ ſparſa mea. nec a te q̃cq̃ recedat ex me. ⁊ aliq̃ndo intromittis me in affectum multum inuſitatũ introrſus ad neſcio quã dulcedinem que ſi perficiatur ĩ me neſcio quid erit quod vita iſta non erit. Sed recido in his erumnoſis ponderibus. ⁊ reſorbeor ſolitis. et teneor ⁊ multum fleo ſed multum teneor. Tantum cõſuetudinis ſarcina digna eſt. hic eſſe valeo nec volo. illic volo nec valeo miſer vtrobiq̃. Ideoq̃ conſideraui languores peccatorum meorum in cupiditate triplici. et dexteram tuam ad ſalutem meam: Vidi enim ſplendorem tuũ corde ſaucio ⁊ repercuſſus dixi: Quis illuc poteſt. proiectus ſum a facie oculorũ tuorum. Tu enĩ es veritas ſuper omnia p̃ſidens. gaudium certe res eſt quã ſe exptũ dicere nemo poteſt: Ideoq̃ reperta ĩ memoria recognoſcitur quando beate vite nomen auditur. Sed abſit domine vt ſi quocunq̃ gaudio gaudeam. idcirco beatum me putem: Eſt enim gaudiũ q̃d nõ datur impijs ſed eis qui te gratis colũt. quor̃ gaudiũ tuipſe es. Et ipſa eſt ſola vita beata gaudere ad te de te. ꝓpter te. beata quippe vita eſt gaudium de veritate. Qui autẽ aliud gaudium non ipſum verum ſectantur. ab aliqua tamen imagine gaudij voluntas eorum non auertitur. Omnes quippe beati eſſe volũt q̃d niſi certa noticia noſſent. nõ vtiq̃ tã certa voluntate vellent. Idem quoq̃ dicit in eodem libro. xj. Quid eſt illud q̃d interlucet mihi ⁊ percutit cor meum ſine leſione. ⁊ inhorreſco ⁊ inardeſco? Inhorreſco inq̃ntũ diſſimilis ei ſum. Inardeſco inq̃ntum ſimilis ei ſũ. Sapientia ipſa ẽ que interlucet mihi diſcindens nubilum meum. q̃d me rurſus cooperit deficientem ab ea caligine atq̃ grege pęnar̃ mearum. quia ſic infirmata eſt in paupertate virtus mea. ⁊ non feram bonum meũ donec tu domine qui propitiatus es omnibus iniquitatibus meis ſanes etiã omnes infirmitates meas. Sepe enim ſalui facti ſumus. promiſſaq̃ tua per patientiam expectamus. hec Auguſtinus. Illã ergo plenam eccleſie gloriam cũ magno deſiderio expectare debemus. quia nimirum ⁊ hanc expectat totus mund⁹. ⁊ etiã ipſe omniũ dominus. Vñ beatus Bernardus ſuper Cant. omel. lxviij. Nõne inquit de ſtatu et conſummatione eccleſie finis omnium pendet. tolle hanc et fruſtra inferior creatura filiorũ dei reuelationem expectabit. Sed ⁊ ipſa angelorum ſocietas pro imperfectione ſui numeri claudicabit. nec ciuitas dei de ſua integritate gaudebit. Ceter̃ putas deum totam habiturum glorie ſue laudẽ. donec veniant qui in conſpectu angelorum pſallãt ei? Letati ſumus pro diebus q̃bus nos humiliaſti. annis quib⁹ vidim⁹ mala. Hoc enim genus leticie celi neſcierunt. vt oſtenſum eſt ſupra. niſi p̃ filios eccleſie. Idẽ iterum dicit in ſermone de vigilia natalis domini. Nonne glorificationem noſtram totus mundus expectat. Creatura enim in hac expectatione ingemiſcit ⁊ parturit que homine cadẽte corrupta eſt ⁊ vanitati ſubiecta. nec reparabitur donec heredes reparentur. Nec ſolum mundo ſed et angelis et hominibus ſpectaculum facti ſumus. Me inq̃t expectant iuſti donec retribuas mihi. Martyribus quoq̃ cum diem iudicij poſtularẽt dictum eſt: vt ſuſtinerent modicum. donec impleretur numerus fratrum eorum. Iam quidem ſingulas ſtolas acceperũt. ſed nequaq̃ duplicibus veſtientur. donec ⁊ nos veſtiamur vadia tenemus. et obſides ipſa eorum corpora ſine quibus conſummari non poſſunt. nec ſine nobis recipient ea. Unde de patriarchis ⁊ prophetis per apoſtolum dicit: q̃ nondũ acceperũt repromiſſionẽ deo ꝓ nob aliq̃d meli⁹ ꝓuidẽte. ne ſine nob conſũmarent.

Oſi cognoſceremus ⁊ nos quomodo no-
ſtrum aduentum expectant·quantum deſi-
derant·quam ſollicite querunt·quam libenter bo-
na de nobis audiunt·qui didicerunt com-
paſſionem ex eis que paſſi ſunt· quando
quidem ⁊ ipſi nos angeli ſancti cum deſi
derio preſtolantur·per quos tanquam per la-
pides viuos ruina ciuitatis eorum repara
bitur·plane non dedignabuntur vt ſimus
eorum ſocij quorum facti ſunt iam mini-
ſtri. Ve tibi quiſquis es qui redire deli-
beras ad luctum·reuerti ad vomitum·pu
tas ne placatos habebis in iudicio quos
tanto ⁊ tam ſperato priuare vis gaudio:·
Nam ⁊ in penitentia tua exultauerunt:
Currite fratres currite·non ſolum ange-
li·ſed etiam angelorum creator vos expectat
Expectat pater ⁊ deſiderat non ſolum pro-
pter nimiam charitatem qua dilexit nos
ſed etiam propter ſemetipſum . De filio quis
neſciat ·quantum natiuitatis ⁊ totius vite
quam geſſit in carne ⁊ crucis fructum ⁊ mor
tis ſue precium deſideret :· Expectat etiam
nos ſpiritusſanctus. Eſt enim charitas ⁊
benignitas qua ab eterno predeſtinati ſu
mus·hec ille. Et vt idem alibi dicit: Ma
gnum profecto teſtimonium habituri ſunt·
quos pater in celo tanquam filios ⁊ heredes
ſuſceperit·⁊ filius tanquam fratres ⁊ cohere
des aſſeruerit. Neque enim indignum eſt
deo illorum fieri patrem·quorum ſe Chri
ſtus fecerit fratrem·ſed ⁊ ſpiritusſanctus
adherentes deo vnum ſpiritum faciet eſſe
cum eo·hec Bernardus. Tunc igitur
pleniſſima erit ſanctorum gloria quam ni-
mirum omnia ſecundum modum ſuum deſide-
rant·ad cuius accumulationem concurrent
⁊ cooperabuntur omnia·non tantummo-
do bona · verum etiam ⁊ mala·ſicut oſtenſum
eſt ſupra. His ergo qui ſecundum propoſitum dei
vocati ſunt ſancti magna debet eſſe con-
ſolatio·etiam in preſenti·videlicet contra
multiplicem huius vite miſeriam · quod et
in hac vita diligentibus deum omnia bona
⁊ mala cooperantur in bonum·⁊ in futu-
ro nihilominus hec omnia cooperabuntur
ad gloriam. Itaque domine mi rex donec
inter huius ſeculi proſpera ⁊ aduerſa per ar-
ma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris procedentes·ad illam gloriam ſpiritu domini du-
ctore veniatis·conſolamini interim in ver-
bis iſtis· Bene ac diu valeat in vobis mo
deſtia regie maieſtatis. Amen

Sepius impoſita preſſis hec crimina vidi:
  Incorrecta cadit littera:charta fluit·
Si illum contigeris forſan vir docte libellum:
  Innocuum a menda crede mihi inuenies·
Muſarum cantus:ſteriles lites:fora linque:
  Hic ſpecimen ſtudij: Caſtalidumque chorus·
Omnia que ad noſtram conſtat ſpectare ſalutem
  Continet:hic ergo iure colendus erit·
Gratia nomen habet:libro Vincentius auctor:
  Quattuor ⁊ ſpeculis:dignus vbique coli.
Virginis hinc vita ſequitur ſacre ⁊ inclyta fama:
  Fama per eximios concelebrata viros·
Tum quoque laus colitur paranymphi virginis alme·
  Curque aquile nomen fingitur eſſe ſibi·
Adde quod aſſueſcat virtutes regius infans:
  Precipue ex noſtro codice qui ſequitur:
Aureus ipſe liber:qui tot documenta poeſis
  Tradit:⁊ ad mores pandit iter faciles.
Inde liber ſequitur mortis ſolatia prebens:
  Eſſe aliquid tandem cum pietate mori.

Perlege diuina vatumque volumina lector:
  Et ſimul hoc noſtrum concelebrabis opus·
Ingenium moreſque viri preſſoris ⁊ artem:
  Regia commendat vrbs Baſilea ſatis·
De Amerbach natus nomen ſibi forte Iohannes:
  Finem operi impoſuit:dum pia virgo parit·

Idibus decembribus Anno a Chriſti natali die Octua-
geſimoprimo ſupra milleſimum quaterque centeſimum

Bene Vale Lector

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF